

JOH. GOTH. de BOECLER

TRACTATIO SYNOPTICA JURIDICA POLITICA

MATERIA VALDE UTILIS NECESSARIA

DE

JURE HOSPITIORUM

GERMANICE

von

Gast-Recht/

ITEM

JOH. SCHILTERI J.U.D.

DISSERTATIONES

DE

JURE HOSPITIS

(o)

QVEDLINBURGI ET ASCANIÆ.

Sumpt. GOTLOB ERNESTI STRUNTZII

ANNO 1721.

CAPUT. I.

DE
ETYMOLOGIA, SYNONYMIA, HOMONYMIA, PARONYMIA VOCABULORUM HOSPITII, ET HOSPITIS.

I.

CUm JCto Legumque interpreti ipſarum vocum, legibus comprehenſarum, nativa obſcuritas inſigne ſoleat faceſſere negocium, non quidem potiorem, priorem tamen vocabulorum in ipſo tractationis hujus limine curam pariter ſuſcipere, eoque feliciorem progreſſum nobis exinde ſperare, haud equidem pigebit. Vid. in hanc rem deſultorie multa quidem corraſa ap. Hering. *de Fidejuſſor. cap.* 2. & Ruland. *de Commiſſar. lib.* 1. *c.* 2. ex ſolidioribus autem & firmiſſimis rectæ rationis principiis demonſtrata à Magnifico Dno. JOHANNE EICHEL. Sereniſſimorum Ducum, Brunſvicenſis & Luneb. Conſiliario intimo, nec non Saxoniæ Inferioris Cancellario &c. &c. Dno. Patrono ac Affine, Parentis inſtar, mihi devenerando, *in diſſert. de Interpretatione Legum, cap,* 9. *& multa ſeqq.*

II.

Hoſpitii proinde vocabulum a voce *Hoſpitis* oriri videtur, non ſecus ac a *juſto* juſtitia, a *mæſto* mœſtitia Weſenb. *in parat. ff. de juſt. & jur. n.* 3. & DD. comm. *in præf. eod.* Hoſpes autem non inepte deducitur a Græco ὅσπις, quod flexu Æolico ponitur pro ὄςις, qui veteribus dicebatur peregrinus, Becman, *de origine Linguæ Latin. verb. Hoſpes*, uti Cretenſes pro ςάδιον, dixerunt σπάδιον, *Etymologia.*

 unde

unde Latinis est spatium. Vossius, *in lexic. Etymol.* Alii respectu habito ad Hospitem, quem dicimus passivum, deducunt vocem Hospitis ab hostium & pes, ut hospes sit quasi *hostipes*, qui habet pedem in hostio nostro. Hostium autem ponitur pro *ostio l. 1. §. 10. ff. de ventr. inspic.* unde hostiarii, qui ostium custodiunt. *l. 12. ff. de instr. & instrumentum legat* & apud Suetonium *lib. de claris Oratoribus* mentio fit Lucii Ottacilii Piliti, clari Rhetoris, quod hostiarius fuerit, & catenæ alligatus circa ostium, dequo more obiter notari potest ille Ovidii versus:

Janitor indigne dura religate catena

Sic hostiarii templorum in *l. 61. Cod. de Episc. & Cler.* Isidor. *orig. lib.* 7. *c.* 12. Hostiarii Magistratuum, Tholosan. *in syntagm. jur. lib.* 47. *c.* 40. *n.* 10. *&* 25. Non infrequens enim est Latinis, addere aspirationem, studio & exemplo linguæ Atticæ, nonnunquam, & frequentius, adimere, vel omittere eam. Gellius *lib. 2. Noct. attic. c.* 3. Lacerda *ad Virgil. Æn.* 6. *vers.* 43. pro scribentis scil. arbitrio. Phil. Caroli *ad Gell. d. loc.* Atque hæc vocabuli Hospitis derivatio magis videtur approbanda, quippe quæ prisco hospitii contrahendi more, ac solennitate consveta confirmatur. Veteres siquidem, mutua hospitii jura constituentes, ad ostium progrediebantur, pedemque in eo ponendo, junctis dextris, sibi invicem fidem promittebant, postmodum intrantes domum, juxta illud Virgilii 3. *Æneid.*

Jungimus hospitio dextras, & tecta subimus.

III.

Homonymia. Sumitur porro vox hospitis varie, & quidem I. tam in activa significatione pro eo, qui recipit, quam passiva pro eo, qui recipitur Gloss. in *l. 1. §. 3. verb. vectoribus ff. de exercit. action.* Servius *ad Virgil. Æn. lib. 4. vers.* 532.

Laur.

Laur. Valla, *lib.4. Elegant. c.* 82. Utramque significationem habet *Ovid.* in illo verſ. *lib.* 1. *Metamorph.*

- - *nec hoſpes ab hoſpite tutus*

& Cicero *pro Dejotaro*: *Per dextram ipſam, quam hoſpes hoſpiti porrexiſti*. Pari modo Græca vox ξένος tam active, quam paſſive ſumitur. Euſtath. ιλ. σ. ut ἱκέτης & ἱκετεύσας, ſic ξένος & δεχόμενος τίνα εἰς ξενίαν & δεχθεὶς. Stuckius *Antiq. Convival. lib.*1 *c.*27. & occurrunt apud Latinos plurima ejusmodi vocabula. Sic amicus dicitur, qui amat, & qui amatur, vector, qui vehit, & vehitur. Virgil. *Eclog.*4. *verſ.* 38. *l.* 1. §. 3. *ff. de exercit. action. l.* 4. §. 3. *ff. ad L. Rhod. de jactu.* & juxta Accurſium in *l.*1 *C. quæ res pignor.* alumnus vocatur, qui alit, & qui alitur. Nonnius *de propriet. ſermon. c.*4. *n.*25. quod tamen de priori rectius negare videtur. Laur. Valla *lib.* 6. *Elegant. cap.*1. Felicior Teutonica noſtra hoc paſſu lingua, quæ ſingulis nominibus perſonas in hoſpitandi actu diſtinguit, ſuſceptorem Wirth/ ſuſceptum Gaſt appellando. Neq; tamen abſonum adeo cenſendum, uno hoſpitis vocabulo utramq; perſonam exprimi; reciproco enim officio abſolvebantur familiaria hoſpitia. Speidel *in ſpeculo ſuo verb.* Herberge/ unde etiam hoſpitibus dimidiata dabatur teſſera, ut adeo reciprocæ obligationi promiſcuum hujus vocis, tam de perſona agente, quam patiente uſum non inconcinne forte tribuere poſſis. Accipitur autem in prima hac ſignificatione hoſpes iterum vel late, vel ſtricte. *Late* tam pro eo, qui recipit, quam qui recipitur, ſive gratis hoc fiat, ſive pro mercede. *Stricte* pro eo, qui recipit, ſive recipitur gratis, idque vel (1) jure familiaritatis & amicitiæ mutuæ, qualem hoſpitem Friſius *in Lexico ſuo* haud incongrue ita deſcribit: Ein Freund/ der in einem fremden Lande wohnet/ zwiſchen welchen/ und mir eine fröliche Freundſchafft/ und Bündniß iſt/ daß wenn er in

meinem Lande kömmt, kehret er freundlich, und ohne seinem Kosten bey mir ein, dergleichen, so ich zu ihn komme, werde ich auch von ihm Gastfrey gehalten. Sic Cicero *lib.* 13. *ad Fam. ep.* 19. Lysonem vocat hospitem, & familiarem suum, & *in Verrem.* 2. *Proponerem,* ait, *jam meis hospitibus, ac necessariis* &c. & 2. *de divin: Cum duo Arcades iter facerent, alter ad cauponem divertit, alter ad hospitem* ubi hospes cauponi contradistinguitur. vel (2) subjectionis, aut servitutis. *tot. tit. C. de salgam. hospit. non præb. l.* 1. *C. de episc. & cler.* & passim.

IV.

II. Sumitur vox *Hospitis* pro *Peregrino* Cicero *lib.* 1. *Acad. Qui in nostra,* inquit, *civitate peregrinantes, errantes, tanquam hospites* &c. Terent. *in Andr. act.* 4. *sc.* 6. *vers.* 16. *Nunc me hospitem* i. e. peregrinum *lites sequi.* Cicero *in Bruto: Tulit moleste, se non effugere hospitis speciem.* Sic etiam *ξένος* opponitur *τῷ ἀστῷ*, Pollux *in voce ἀστόξενος.* Differunt tamen peregrinus & hospes in eo (1) quod *peregrinus* vocetur, qui in civitate sua non est, *hospes*, qui in aliena est, vel *peregrinus*, qui ex nostra civitate ortus non est, *hospes*, qui in nostra est. Laurent: Valla *lib.* 4. *Elegant. c.* 82. allegans hæc verba ex Cicerone: *Vos soli in hac urbe hospites estis, vestræ peregrinantur aures,* (2) quod hospes possit esse ejusdem territorii, peregrinus vero non. Sic Helmstadiensis potest in alia Brunsvicensis ditionis civitate esse hospes, non tamen est peregrinus, quia eandem patriam habet, peregrini autem, proprie sic dicti, non habent eandem patriam. *Novell:* 86. *præf.* Reinh. Condit. *de Fide Polit. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 13. III. sumitur vox Hospitis, sed metaphorice, pro *ignorante*, & *inscio.* Cicero *lib.* 2. *de Orat: In consuetudine civitatis, in exemplis, in institutis, in moribus & voluntatibus civium suorum hospes.* In eo significatu etiam reperitur

ritur vox *ξένος* apud Ariſtot. 3. *Rhetor. οὐ δεῖ τὸν ξένον ἀεὶ εἶναι ξένον*, IV. itidem improprie pro qualibet re fortuito accidente, ſ. caſu, qui nobis occurrit, uti etiam Germani de inſperato caſu dicunt; **das iſt mir ein ſeltzamer Gaſt**, item: **was iſt das für ein Gaſt?**

V.

Uti vox Hoſpitis, ita etiam *Hoſpitium* varie accipitur; & quidem I. pro loco, ubi quis recipitur, & ſic vel *late*, ubi quis, ſive gratis, ſive pro mercede recipitur, ut in illo apud Ciceronem *de Senectute*: *Ex hac vita diſcedimus, tanquam ex Hoſpitio, Iſidorus lib. 15. origin. c. 3. hoſpitium eſt, ubi quis ad tempus hoſpitali jure inhabitat, & iterum inde tranſiens migrat* vel *ſtricte* (1) pro loco ſ. receptaculo gratuito. Plautus *in milite*: *Hoſpes nullus tam in amici hoſpitium diverti poteſt* (2) pro loco ſ. receptaculo mercenario. II. ſumitur vox hoſpitii pro munere & onere hoſpitandi, idque vel ex jure familiaritatis & neceſſitudinis mutuæ *l. 5. §. 2. & ibi Godofr. ff. de captiv. & poſt l. reverſ.* Quomodo Cicero *loco ſupr. alleg.* ait: ſibi cum Lyſone vetus hoſpitium fuiſſe, quod Laurent. Valla *lib. 4. Elegant. c. 82.* explicat *amicitiam familiariter, vel mihi hoſpitandi apud illum, vel illi apud me*, & Livius *lib. 25. c. 18.* & *lib. 42. c. 40.* vocat hoſpitium, quod *lib. 1. c. 1.* vocavit jus hoſpitii; vel ex jure ſubjectionis ſ. ſervitutis, juxta ea, quæ jam tetigimus ſupra Theſ. 3. in fin. III. pro ipſo actu recipiendi, ſ. ipſa hoſpitii præbitione. IV. metaphorice iterum pro receptaculo cujusvis rei, ſive animatæ, ſive inanimatæ, ſic dicitur hoſpitium calamitatis, confidentiæ apud Plautum; hoſpitium navium pro portu apud Florum *lib. 1. cap. 4.*

VI.

Synonymiam quod attinet, vocatur hoſpes activus, qui pro mercede recipit, alias (1) Caupo d. l. Ciceron. *lib. 2.* *Synonymia*

de di-

de divin. Seneca *lib.1. de benef. c. 4. Nemo,* ait, *cauponem hoſpitem vocat ſuum, nullum cum eo jus eſt hoſpitii,* jung. Voſſium *de vitiis Ling. Lat.* I. 27. Rader. *ad Curt. lib.4. c.1. ad illa verba: erant Hephæſtioni hoſpites clari.* Olim dictus eſt Copo. Feſtus *in vocab. Copo, copona.* non caupo, vel capo, uti hodie. *Scaliger. in Varron. lib. 4. de Lingv. Latin.* (2) Tabernarius; hic enim idem eſt cum Caupone, Duaren. *ad Tit. Nautæ, Caupones.* (3) Stabularius. Tertullian. *in Apolog. c.39. Herculanarum decimarum, pollinctorum ſumptus ſtabularii ſupputabunt*: Plautus: *pallium ſtabulario dedi.* Apulejus *lib. 2. de Aſino aur. ſume ſarcinulam, & pretio ſtabulario perſoluto, capeſſamus viam*; quamvis proprio magis, & ſtrictiori ſignificatu ſtabularii dicantur, qui ſtabulum exercent, pro recipiendis jumentis & pecoribus. *l. 1. §. caupones & l. 5. & l. ult. ff. naut. caup. ſtabul.* ubi Prætor ſtabularios à Caupone diſtinguit (4) Hoſpitator. Apulei. *lib. 4. de aſin. aur.* (5) Græce πανδοχος, qs ὁ πάντας παραδεχόμενος, interprete Suida. (5) ξενοδόχος teſte Euſtathio *οδ. ϙ.* (7) στεγανόμος, unde στεγανόμιον, merces, quæ cauponi datur. 8. Germanice, Ein Wirth, probabiliter à Warten, ſive expectare, ſive curare; utrumque enim convenit ſubjecto. *Luc. 10. verſ. 35.* dicitur πανδοχεῖ quod vulgata vertit, *curam habe,* Lutherus noſtro idiomate: Warte ſeiner. Alii à Werth, i. e. pretio, deducere malunt hanc vocem, ſed minus congrue, ejusmodi enim derivatio ſtrictior eſt ſuo derivato, neq; enim convenit gratuitis hoſpitiis, gratuitum autem hoſpitem etiam vocamus Wirth. (9) Gaſtgeber, Gaſtwirth, apud Miſnos enim vocem Gaſt ipſum hoſpitium denotare, & inde vocem Gaſtgeber ortum, ex Amerpachio tradit Spelman: *in Gloſſar. voce: Gaſtadus.* (10) Græce ab adjuncto κάπηλος, παρὰ τὸ καπηλεύειν τὴν πήλον i. e. à corrumpendo vinum

num, (qui mos est cauponum) nam πῆλος idem est quod οἶνος Suidas *in voce* *ἀμπηλος.* J. Scaliger. *lib.* 26. *de lingv. Lat.* Hospes passivus dicitur alio nomine (1) *diversor.* Cicero. *de invent. Caupo,* ait *non multo post clamat, hominem esse occisum, & cum quibusdam diversoribus illum, qui ante exierat, consequitur.* (2) Germanicè, ein Gast, unde vox Gastaldus, à Gast, & haldian, custodire. Spelman. *in Gloss. d. l.* quamvis vocabulum Gast, olim usurpatum de homine, ob virtutem vel vitium aliquod raro, præ cæteris conspicuo, & insigni. Sic apud auctores Salicæ Legis vocantur Wisogastus, i. e. prudens homo, Losogastus i. e. cautus & astutus, Husogastus i. e. bonus Oeconomus, Salvogastus, i. e. rerum proletariarum, & ad infimam plebem pertinentium, studiosus. Vid. *præfat. legis Salicæ in Cod. legum Antiq. Lindenbrogii.* Camerar. *horar. subcisiv. cent.* 3. *cap.* 64. Besold. *in thes. pract. verb.* Gast. Hospes, quatenus peregrinum denotat, vocatur alias forensis, extraneus, quæ vocabula Barbara appellat Laur. Valla. *lib.* 4. *eleg. c.* 82. Græcè ἄποικος, qui domo profectus est & peregrinatur. *l.* 7. *c. de incol.* Germanicè ein fremder Gast, Sächisch. Weichbild *art.* 47. *in Gloss. n.* 15. *& art.* 68. *ibi in Gloss.* indeque dicitur, das Gastrecht, quod in favorem peregrinorum inductum est.

VII.

Hospitium, quatenus locum denotat, dicitur alias I. mansio. *l.* 18. §. 10. & ibi Godofred. *ff. de muner. & honor.* Brissonius *in l.* 11. *de V. S. voc. mansio.* Sic apud Sueton. *in Vespas. c.* 10. *deinde ad primam statim mansionem febrim nactus,* ubi vid. Bernegg. *in not.* & junge Barthium *lib* 45. *advers.* 5. *in pr.* & Bernegg. *ad Justin. lib.* 13. *histor. c.* 8. II. Isocrates *in Panegyr.* & Aristot. *in Polit.* vocant loca hæc, ubi peregrinantes noctu recipi solent, ἀλλαγὰς καὶ συστήματα

vid. Francisc. Raguell. ad *l.46.C.de episc & cleric.* III. dicitur Taberna. Sic apud Ciceronem, aliosque passim: *divertere in tabernam*, quia vero Tabernæ vox generalis est, & multas species sub se conplectitur, Goddæus *ad l.*138 *ff de V.S.* Aug. Barbosa *de appell. verb. signif. appell.*257. *n.*1. iccirco, ad differentiam, solet addi vox: *diversoria* uti apud Plautum *in Menechm.* & Sueton. *in Neron.c.*27. vel vox: *Cauponia l.*13 *pr.ff.de R.N.* vel vox: *meritoria.* Vide Laur. Vallam. *de ling. latin. lib.4.c.*82. IV. Caupona. *l.* 29. *pr. ad l. Jul. de adult.* Cicero *in Pison*: *Tibi*, inquit, *solitudo erat pro frequentia, caupona pro oppido*, unde oritur diminutivum Cauponula, Cicero *in* 3. *Philipp. delitescere in cauponula, & ibi perpotare usque ad vesperam*, item adjectivum: Cauponius, a, um, sic apud Plautum: *Cauponius puer*, ein Gastwirths Diener. *Cauponiæ artes*, Justinus *l.b.*1. *cauponium instrumentum, d.l.*43.*§.lenocinium ff. de R.N l.*15 *&* 17.*§.ult.ff.de instrum.legat.* V. meritorium. Juvenal. *satyr.*8. VI. diversorium, quod Isidorus dici vult quasi ex diversis viis ibi conveniatur & communiter scribitur diversorium, quamvis alii velint scribi deversorium, cui opinioni adhærere videtur Godofredus, *qui in not marginalibus* passim, imo fere semper, pro *diversorio* ponit *devorsorium.* Cicero *lib.*6. *ad Famil. ep.*19. *Falernum* inquit, *mihi semper visum est diversorium idoneum.* & *lib.* 10. *ad Attic. ep.*5. *diversorium illud possum emere de Canulejo.* Et *lib. de Orat.* 2. ait: *Requiescam in Cæsaris sermone, tanquam in aliquo opportuno diversorio.* VII. dicitur stabulum, Apul. *lib.*1. *Ego vero, quod primum ingressus stabulum, conspicatus sum* &c. vid. Stuck. *antiq. convival. d. l.* 28. & ita videtur sumi *in l.* 198. *ff. de V. S.* ubi Goddæus, uti ciam stabulum πανδοχεῖον vertit Theophil. *in §. pen.* I. *de Obl. ex quasi delict.* & stabulum a stando de-

derivat Magon. *decis. Florent.* 112. *n.* 57. ubi longo itinere fessi stare solent. IIX. hospitale. Vitruv. *lib.* 6. *de Re milit* Voss. *de vitiis Ling. Lat. l.* 33: habuerunt enim veteres propria quædam triclinia, quibus hospites recipiebant, quæ hospitalia vocabant, quomodo in Suecia hodie in singulis fere pagis reperias. IX. Græce ξενοδοχεῖον. ξενοκομεῖον πανδοχεῖον quod *Suidas* τὸ πάντας ὑποδεχόμενον οἴκημα interpretatur. X. nos, vernaculo nostro idiomate, ein Gast hoff, Wirthshauß, Schencken, Einkehr, Ausspann, Herberge. Nomina, quæ cum lacte prope materno imbibimus; Ex hisce, vox Herberge deducitur ab heer & bergen; heer enim idem est, quod *commune*, hinc Besold. *lib.* 1. *Polit.* 12. *n.* 4 & Martin. *in Lexic. Etym. voce Burgus* interpretatur Heerweg, communem viam, & vocem Hertzog, quod ducat communitatem aliquam Gorop. Becanus *lib.* 7. *Hermathen.* pag. 169. Bergen autem idem est, quod recipere, celare, ut Herberge dicatur, quasi receptaculum commune, darin sich ein iedermann kan bergen, ab injuria scil. cœli, hominum, &c. alias metuenda; quomodo & domus cuique sua tutissimum receptaculum perhibetur, nec enim minus securus esse debet hospitio receptus, quam quisque in ædibus suis. Vide Limnæ; *lib.* 4. *Jur. publ. c.* 2. *n.* 3. *& lib.* 7. *c.* 1 *n.* 21. Alii vero originem huic voci tribuunt a verbo Albergari. Klock. *de contrib. c.* 1. *n.* 190. quod Italis est hospitari. Knichen. *de jur. territor. cap.* 4. *n.* 418. Sed vix est, ut persuadeant nobis, quæ manifestam originem significationemque rei convenientem in vernacula nostra reperiunt, ex Italia ut petamus. Hæc ipsa vox, Herberge, autem non tantum locum sive tabernam, sed nonnunquam jus tabernas erigendi denotat. Klock. *Cons.* 3. *n.* 128. *tom.* 1. Porro hoc ipsum diversorium, sive quo alio nomine appelles, intelligitur vel *generaliter*, de

de id fiat. Indeque Stuckius *antiq. convival. lib.* 1. *c.* 23. recte dividit diversorium in publicum, & privatum, illudque cum taberna meritoria idem esse, dicit; vel *specialiter*, quatenus opponitur hospitio gratuito, Quemadmodum Cicero *Ep. Fam.* 7. *Næ ego libentius emerim diversorium Tarracinæ, ne semper hospiti molestus sim* junge Manutium *ad Ciceron. Epist. Famil. passim.* qui latius differentiam Cauponæ, Taberne & diversorii tradit. Sed & *diversoriolum* Cicero dixit, quando Sinuessani meminit. *lib.* 14. *ad Attic. Ep.* 8. Porro diversorii vox, quatenus significat ipsum actum, sive exercitium hospitandi denotat, dicitur alias hospitatio; quæ hospitatio, si gratuita, retinet nomen *hospitationis*, & dicitur Græcè ξενοδοχεία; si vero necessaria, & simul mercenaria est, frequentius, & proprie magis dicitur *Cauponatio, stabulatio* Græce πανδοχεία; si necessaria, & simul gratuita, dicitur *Metatio* & *Metata*, nempe hospitia, quæ supervenientibus militibus, vel aliis personis provinciales exhibent. Walther. *de metatic.* 2. § 6. *tot. tit. C. de metat.* & vocatur alias hospitatura. *l.* 3. §. 13. *ff de mun. & honor. l.* 10. §. 2. *ff de vacat*: item Albergeria, Germ. Atzung, Ablager, Nachtlager, Gastung. Etiam hoc significatu, quatenus hospitium denotat jus, sive munus recipiendi, dicitur alias Græce ἐπιστάθμεια *l.* 6. §. 8. *ff. de excus. tut.* Renat. Choppin. *lib.* 3. *de sacra politia*; ibi: munus milites recipiendi, dicitur ἐπιστάθμεια. Panciroll. *lib.* 3. *var. lect. c.* 31. Tabor. *de metat. p.* 1. *sect.* 1. *cap.* 2. *in fin.* item jus hospitalitatis *l.* 2. *v. illustribus C. de metatis.* & munus hospites recipiendi *l.* 3. *C. de muner. patrim.* Jus Albergariæ; &, a concomitante, hospitum molestia. *l.* 3. *C. de metat.* hospitum inquietudo. *l.* 4. *C. eod.* Quatenus denique hospitium denotat jus, seu necessitudinem reciprocam, hospitio recipiendi, vocatur alias

ξένωσις

ξενιστὶς ξενία, ξενισμὸς uti ex Lexicographis Græcis patet, item Elemporia. *l. fin.* §. 18. *ff. de mun. & honor.*

VIII.

A voce *hoſpitis*, & *hoſpitii* multa paronyma ſunt. Inter illa eſt *hoſpitus*, *a*, *um*, inde apud Virgil. 3. *Æn.* hoſpita æquora, & terra hoſpita. Stat. 1. *Achill.* & Ovid. 1. *Faſtor.* navis hoſpita, cujus contrarium eſt *inhoſpitus*, ut ap. Ovid. 1. *Metam.* inhoſpita tecta, & Virgil. 4. *Æn. v.* 41. inhoſpita Syrtis, quæ verba *de la Cerda* quidem intelligit non tam de ipſo loco maris, quam de Afrorum feritate, qui ſuis finibus hoſpites arcerent, non tamen inepte de ipſis Syrtibus explicabimus, verbis, & ſenſui Poetæ inhærentes. Ex eodem vocabulo deſcendit vox *Hoſpitalis*, gaſtfrey, quomodo Cicero 3. *in Verrem.* non ſolum homines hoſpitales, ſed & Seneca. *Epiſt.* 103. locum vocat hoſpitalem, Florus etiam *lib.* 1. *hiſt. c.* 10. *nihil* inquit, *hoſpitalius mari.* Contrarium eſt *inhoſpitalis*, ſicuti Plinius *l.* 6. *in præf Pontus Euxinus antea, ab inhoſpitali feritate,* ἄξενος *dictus*, & Horatius Caucaſum vocat inhoſpitalem. Amplius hinc deſcendit quoque *Hoſpitalitas*, quæ virtus moralis eſt, *Græce* φιλοξενία 1. *Tim.* 3. *v.* 2. Cicero 2. *offic.* cui ex adverſo opponitur *inhoſpitalitas.* Cicero 4. *Tuſculan.* Sane hoſpitalitas etiam in jure ſumpta reperitur pro ipſo actu, & pro nuda receptione in domum *l.* 5. *ibi: ſolam hoſpitalitatem* C. *de metat. tot. tit. Cod. de ſalgam. hoſpit. non præſt.* Sed & ex verbo hoſpitii manat verbum *hoſpitari*, idque uſurpatur de cujusvis rei exiſtentia, ſignificatu plane generaliſſimo, ſic Plinius: *neſcit hoſpitari caſtanea.* Senec. *Ep.* 10. *in quo cognatus aliquis ſpiritus hoſpitaretur.* Denique etiam adverbium *hoſpitaliter* eſt apud Livium.

Paronymia.

CAPUT. II.

DE DEFINITIONE ET DIVISIONE HOSPITII.

I.

Definitio. OMiſſis aliis ſignificationibus, quas, methodi & ordinis gratia, tantum præcedenti capite notavimus de jure hoſpitii, ſtrictiori ſignificatu accepti, nobis ſermo erit. Id definimus: Quod ſit F*acultas mutua de jure competens, inter illum, qui aliquem recipit in domum, i. e. hoſpitem activum, &, qui recipitur, i. e. hoſpitem paſſivum, commorandi cauſa.* Dicimus jus hoſpitii eodem modo, uti jus neceſſitudinis, affinitatis. *l. pen. ff. de juſt. & jur.* agnationis. §. *ult. I. de legit agnat. tutel.* Cognationis. §. *fin. I. de capit. domin. l.* 223. §. 1. *de v. s.* ſanguinis. *l.* 8. *ff. de R. Jur.* per metonyam ſcil. cauſæ, pro effectu; jus enim eſt cauſa, quæ alicui poteſtatem, facultatem, beneficia, vel rem aliquam tribuit, hæc autem omnia ſunt effectus, à jure procreati. Junge Molinæ *de juſt. & jur. tr.* 1. *diſp.* 2. *v. a jure, & diſp.* 1. *in pr.* Dico; eſſe F*acultatem*, Facultas, ut eleganter docet Grotius *de iur. bell. & pac. lib.* 1. *c.* 1. eſt perfecta, vel imperfecta. Illa eſt, quæ vinculum civile, adeoque actionem parit, adigens alterum ad præſtantum id, quod debet, *pr. Inſt. de ſerv. præd. pr. I. de uſufr. pr. I. de action.* Hæc vero vinculo & remedio tali deſtituitur, & ab illa tantum differt, quantum naturalis obligatio a civili, & habitudo ad rem, ſ. actionem aliquam moralem, ab actu ipſo. Dico porro: *De jure competentem.* Jus hoc, hoſpitium reſpiciens, eſt vel naturale, vel Gentium, vel civile, de quo *in cap. ſeq.* uberius. Et hic ſumitur vocabulum *iuris* proprie, cui omnis facultas vim, & originem debet, tanquam cauſæ ſuæ. Adjecimus denique verba: *commorandi cauſa*, ad differentiam habitationis diuturnioris. Triplex enim hominum genus in civitate: ci-

ves,

ves, incolæ, & hoſpites, Cives & incolæ habitare dicuntur. *l.* 7. C. *de incol. l.* 239. *ff. de V. S.* hoſpites vero, ſeu peregrini commorari ſaltem. *l.* 1. §. 9. *ff. de his, qui dejec. vel effud.* & arg. *l.* 27. §. 2. *ff. ad municip.* vid. Althuſ. *polit. c.* 5. *n.* 18. Tholoſan. *de Republ. lib.* 4. *c.* 4. *n.* 22. Eleganter hinc & accurate ſimul, Cicero *in Caton. Majore*, ait: *Commorandi nobis natura diverſorium, non habitandi locum dedit.*

II.

Definitionem ſequitur diviſio, dividuntur autem hoſpitia, ſeu diverſoria. 1. Ratione cauſæ efficientis in neceſſaria, & voluntaria. Aut enim recipimus, vel recipimur ſponte, & voluntario, aut ex neceſſitate quadam. 2. Ratione formæ dividuntur (1.) in publica & privata, illa ſunt, quæ publico nomine, vel ſumptibus publicis fiunt, hæc, quæ privato nomine, vel privatis ſumptibus, (2) in mercenaria, & gratuita. (3) in limitata, & illimitata. 3. Ratione ſubjecti, & objecti ſunt vel univerſalia, vel particularia, & reſtricta ad certas perſonas. 4. Ratione finis denique dividuntur in honeſta, & inhoneſta, turpia, & non turpia, quæ omnia ſequentibus capitibus ordine latius explicabuntur. *Diviſio.*

CAPUT. III.

DE CAUSA EFFICIENTE ET MATERIALI.

I.

CAuſæ efficiens hoſpitationis eſt vel *nuda & ſoluta voluntas* hoſpitum ſine obligatione, aut neceſſitate; vel *neceſſitas*, eaque ſive juris, ſive facti. Ita enim Martinus Uranius *in c. cum adeo.* 27. *n.* 3. *de reſcript.* duplicem ponit hoſpitationem, una, quæ ſpectat ad officium pietatis, altera, quæ fit ex debito ſervitutis juxta Gloſſam *in c.* 2. *de ſuppl. neglig. Prælat. verſ. hoſpitalitatem.* *Cauſa efficiens.*

Hoſpi-

Hospitatio voluntaria. Hospitatio, quæ ex mera voluntate est, ab ea vel absolute & simpliciter dependet; vel saltim κατά τι. nimirum, quod nullum vinculum civile habeat, sed æquitati, & rectæ tantum rationis dictamini innitatur. *Lege enim naturali*, monente Cicerone *lib* 1. *officior. communes utilitates in medium afferre debemus, mutatione officiorum, dando, accipiendo, tum opera, tum facultatibus devincire hominum inter nos societatem.* Quod etsi per se honestati, & naturali æquitati conveniens, tamen in operatione & applicatione officiorum ordo servari debet, quem ipsa naturalis ratio præscribit. Primæ S. Numini vices debentur, tum patriæ habenda ratio, hanc excipiunt res privatæ & quidem iterum hic ordinata charitas incipit a se ipsa & quilibet, juxta Comicum, proximus sibimetipsi, recteque Seneca: *Dabo egenti, sed ut ipse non egeam, succurram perituro, sed ut ipse non peream.* Et Aristot. 9. *Nicom. c.* 8. γόνυ κνήμος ἔγγυον *Genu sura propius.* Junge *l. præses* ubi Glossa, *C. de servit. aq.* Bald. *lib.* 4. *Cons.* 312. Borchold. *de Feudis c.* 4. *n.* 42. Hering. *de Fidejuss. c.* 8. *n.* 29. nec postremum locum sibi vendicant uxor, liberi, post cognati, tum cives ejusd. Reip. omnes suo, non eodem semper, ordine Videatur Mævius, Affinis quondam honoratissimus *in prodrom. Jur. Gent. inspect.* 4. *n.* 13. Scharrok. *de offic. c.* 6. 7. 8. 9. amico enim veteri, & cum quo modios salis multos exedisti; non est præferendus alius, qui nobis vel nullo, vel non tam arcto familiaritatis vinculo junctus est, *Non par est*, inquit Aristot. 4. *Nicom. æqualem curam subire pro exteris, & amicis.* Vid. Grotium *de jur. b. & pac. lib.* 2. *c.* 15. §. 10. Quodsi vero nulli reperiantur, qui ex tali causa aliqua præferendi sunt tum non tantum lege Evangelii, Grot. *d l.* 2. *c.* 20. *n.* 10. sed etiam jure universalis cognationis, qua natura nos conjunxit,

junxit. *l.3.ff.de Inst. & jur. l.7.ff. de servis export.* cuilibet ad benefaciendum obstringimur. Sic enim Cicero: *1.de legib. Communicando, judicando, disceptando, ratio, omnibus communis, inter se homines conjunxit naturali quadam societate;* indeque idem Cicero 3. *offic. & 4. de Finib.* Seneca *lib. de vit. beata c.31.in pr. & ep. 95.* & eos sequens, Tholosanus *de Republ. lib 5.c.5.§.8.* Rempublicam dividunt in majorem, seu universalem, & minorem, seu particularem, Majorem vocant. quæ universum terrarum orbem, complectitur, cujusque cives sumus, quotquot homines sumus; Minorem, quatenus singula regna, & Respublicæ suis limitibus continentur, Adi Doctiss. Gatakerum *in Atonin. εἰς ἑαυτὸν lib.3. §.11 & lib. 6 §. 44.*

II.

Et ex hoc fonte fluunt naturales ad hospitandum obligationes, quibus tenemur hospitem seu peregrinum, iter facientem, si aliter se tueri non possit, & quoad sine insigni damno nostro fieri possit, hospitio excipere. Dn. Puffendorff. *de jur. Natur. & Gent. lib.3.c.3.§.9.* Peregrinos enim ipsa, quam sustinent, conditio, humanæ misericordiæ commendat. Ἔρημος γὰρ ὢν ὁ ξένος ἑταίρων τε συγγενῶν ἀνθρώποις ἐλεεινότερος, καὶ θεοῖς, inquit Plato *lib. 4. de legib.* Exigunt sane diversa hominum negocia expedienda peregrinationes, domicilia, autem testudinum & cochlearum more, circumferre non possumus; ut & Germanice in proverbio est: Herbergen kan niemand mit sich führen; dio se exponere, molestiam, in agro commorari, tædium, divagari in densissimis tenebris, periculum affert, ignotis se committere sylvis & feris, humanitatem excedit.

 III. Duo

III.

Duo autem, dixi, requiri, ut, hospitio recipere peregrinum, naturaliter obligemur. I. Ut recipiendus aliter se tueri non possit, quo faciunt ea, quæ habet D. Finck. *cent.* 4. *Canon. Theolog. Can.* 23. quod Neochristiani admonendi fuerint, ut hospitalitatem erga Christianos reliquos exercerent: Id primitivæ Ecclesiæ maxime erat necessarium, quod diversoria publica apud Ethnicos iis temporibus, uti Guido Panciroll. *2. var. lect. c.* 93. testatur, non adeo essent frequentia, multoque minus adhuc Christianis, docentibus religionem cumprimis, patentia, quibus tamen, propagandi Evangelii causa, huc illuc migrandum erat, juxta mandata Salvatoris sui, Euntes docete omnes gentes &c. II. de nobis ipsis, vel nostris, quos natura præ reliquis nobis commendat, damnum ingens aliquod, periculum, aut dedecus irreparabile inde immineat, vel emergat. In iis enim, quæ mere naturali, non civili, vinculo debentur, sufficit ea præstare, quæ nobis non nocent per *l.* 2. §. *item vers. quondam ff. de aq. & aq. pluv. arc.* indeque Cicero 1. *de offic. Quidni, quando sine detrimento suo potest, alteri communicet, in iis, quæ sunt accipienti utilia, danti vero non molesta.* Hæc officia vocat Grotius *lib.* 2. *de j. b. & p. c.* 2. *n.* 11. innoxiæ utilitatis, & *n.* 15. exempli loco adducit: quod morari liceat aliquantisper prætervehentibus, valetudinis, aut alterius rei causa. Et convenit, quod Pompejus, cum in fuga nuspiam reciperetur, tandem receptus a Lesbiis, mundi nomine gavisus fuerit, cum a Clientibus suis desereretur; ita enim de eo Lucanus *de bello Pharsal. lib.* 8.

- - tali pietate virorum
Lætus in adversis, & mundi nomine gaudens
Esse fidem &c.

IV. Ta-

IV.

Talis vero hoſpitatio, quæ a voluntate ſimpliciter dependet, & τὸ ἀκούσιον reſpuit, juxta Ariſtot. 3. *Nicom. c.* 3. oritur ex virtute illa morali, quæ vocatur hoſpitalitas, cujus ſimulacrum etiam in brutis quodammodo deprehendimus, ſi fides habenda Senecæ, qui *lib.* 2 *de benef.* 19. *& lib.* 4. *c.* 28. Leonem nobis in theatro ſiſtit, medico ſuo hoſpitia illibate ſervantem, unde illud: *Leo hoſpes hominis, homo Medicus Leonis*: junge hanc in rem Camerarium *horar. ſubciſiv. lib.* 1. *c.* 22. Equidem hęc virtus per ſe quidem laudabilis, & ſibimetipſi pulcherrima merces, nulloque reſpectu habito ad indigentiam vel neceſſitatem recipiendi, vel ad damnum, ex hoſpitatione emergens, exercetur; hoc ſaltem adhibito moderamine ne fundum patrimonii exhauriat, gaudet tamen etiam ſuis laudatoribus, quibus nec caruit unquam, & comendant eam præ aliis ab honeſto, utili, jucundo, &c. Philoſophi pariter, & JCti noſtri. Chaſſanæus *in Catal. glor. mund. part.* 2. *conſid.* 46. Tiber. Decianus *vol.* 3. *conſ.* 66. *n.* 36. Keckerman. *Syſtem. Ethic. lib.* 1. *c.* 6. Stuck. *antiq. conviv. lib.* 1. *c.* 27. Sagittarius. *Exerc. Eth.* 15. *th.* 9. Waltherus *in Eunom. metat. cap.* 4. §. 14. Cicero vero *lib.* 2. *offic.* his verbis: *Recte a Theophraſto laudata eſt hoſpitalitas; eſt enim, ut mihi videtur, valde decorum, patere domos illuſtrium illuſtribus hoſpitibus.* & Nazianz. *Orat.* 16. *Pulchra*, inquit, *res eſt hoſpitalitas, ac teſtis inter juſtos quidem Loth. inter peccatores, Rahab meretrix.* Celebratur hæc virtus etiam Sacræ Scripturæ encomiis paſſim. *Hiob. c.* 31. *Peregrinus non foris negligendus, viatori oſtium pateat piorum.* Epiſt. Petr. c. 4. *Hoſpitales eſtote alii erga alios.* Præprimis autem Clericis commendatur. 1. *Tim.* 3. *v* 2. II. *ad Tit.* 1. *v.* 8. neque minus exemplis ſaniorum Ethnico-

nicorum, palmam in hac arena ambitiose captantium, comprobatur. *Semper aliquis in Cimonis domo*, proverbium est Erasmo *Chil. 2 c. 2. prov.* 15. Junge Valer. Maximum *lib. 4. c. 8.* & Alex. ab Alex. *Genial. dier. lib. 5. c. 3.*

V.

Hospitatio necessaria. Alteram causam efficientem hospitationis diximus esse necessitatem. Necessitas hæc vel facti est, vel juris. De illa nobis haud erit sermo impræsens, nisi quod injustam, & iniquam improbemus omnem, vi, & injuria quæsitam & extortam hospitationem, de ea autem, quæ juris est, & quatenus juris est, hic inquiremus. Postquam scil. natura vitio suo vel non satis perspicit ea, quæ cum recta ratione conveniunt, vel perspecta quidem, sub specie tamen majoris boni consequendi, negligit, adeo ut officia sua deneget, nisi lucrum inde accedat, mensuramque juris, præpostere ac præcipitante paululum mentis acumine, utilitatem statuat cum Hobbesio *lib. de Cive cap.* 1. §. 10. necesse fuit, bonarum legum adminiculo naturalis rationis dictamen pristinum in locum quodammodo restituere, aberrantemque a semita recti naturam in girum reducere. Grot. *de j. b. & p. lib. 2. c. 15. n. 5.* quo spectat, quod D. Ambrosius *in cap. 5. ad Romam.* scribit: *Quia ipsi quodammodo naturæ inserta sunt justitiæ semina, addita Lex est, cujus auctoritate & magisterio ingenium naturæ proficeret ad fructum justitiæ faciendum, sicut enim nativitas interit, nisi nutrimenta habeat, ita & naturale justitiæ ingenium, nisi habeat, quod respiciat, & veneretur, non facile proficit, sed ægrotat, & supervenientibus cedit delictis.* Et Augustinus in Ps. 139. *Quia peccator oblitus erat se, nec videbat se, data est illi Lex, ut videret.* Atque ita tandem, quod hactenus imperfecti juris erat, h. e. nulla sanctione, aut obligatione civili munitum, in perfectum jus demigravit, quatenus scil. a LLatoribus, potestateque

civili,

civili, Legibus vel honeſtis moribus ei ſuccurritur, Vid. Puffendorff. *in elem. juriſp. defin.* 8. Mævius *in prodrom. de jur. gent. inſpect.* 6. *n.* 7. 17. 18. Soto *de juſt. & jur. lib.* 5. *qu.* 1. *art.* 7. Grot. *de j. b. & p. lib.* 2. *c.* 17. *n.* 2. *& lib.* 2. *c.* 25. *n.* 3.

VI.

Succurrit autem Lex, aut conſuetudo vel immediate, vel mediate. Vid. Bocer. *claſſ.* 2. *diſp.* 1. *th.* 36. Donell. *lib.* 2. *Comm.* 4. *&* Dn. Henr. Hahn. *Academiæ noſtra Julia Codicis Antec ſſor quondam celeberrimus. Dn. Affinis & Patronus, tam poſt piisſima memoria fata, quam, dum viveret, ſumme mihi venerandus, in ſuo inſigni opere Obſerv. Theoret. Practic. ad Weſenb. Parat. ff. tit. de O. & A. n.* 5. Immediate, quando, nullo facto externo, ſpecialiter id intendente, ob ſolam rerum, vel perſonarum conditionem aliquid injungit. Sic ſola conditio rei alienæ obligat poſſeſſorem, vel detentorem ad exhibendum. *l.* 32. *ff. de reb. cred. l.* 3. §. 9. *&* 11. *ff. ad exhib.* ſic ob ſolam conditionem perſonarum Lex inducit, obligationem inter Parentes & liberos ad præſtanda ſibi invicem alimenta *l.* 1. *ff. de agnoſc. & alend. lib. l. ult. C. de bon quæ liber Novell.* 74. Pari modo cives, quia cives ſunt, Lege tenentur ad juvandam Remp. per *l.* 2. *ff. de i. & j.* Cum enim in civilem ſocietatem coëant non tantum vivendi, ſed & bene vivendi cauſa. Ariſtot. 1. *Pol. c.* 2. *&* 3. *Pol.* 4. neceſſario quilibet ſocietatis illius, in qua civis eſt, commodum promovere debet; τὸ enim *bene eſſe* ſocietatis illius, ſive ſalus publica totius, includit privatorum beatitudinem & miſeriam eorundem excludit, indeque recte Livius *lib.* 26. *cap.* 36. *Reſpublica incolumis & privatas res facile ſalvas præſtat publica prodendo, tua necquicquam ſervabis.* Vide pluribus hæc illuſtrata apud Arniſæ: *in relect. Polit. lib.* 2. *cap.* 1. Chriſtoph Adam Rupertum. *in Vellej. Paterc. lib* 1. *c.* 10. Stephan Spoormacher. *de juſtit. vulner. cur. cap.* 5. Seqitur hinc porro, quemlibet Civem ad media

Necesſitas immediata alia alia mediata

illa obligari, sine quibus Resp. aut plane non, aut non commode consistere potest, nimis enim ineptum foret, finem, rejectis, aut neglectis mediis, appetere tamen velle. Vid. Everhard. *in loc. a Concess. Conseq. ad concess. anteced. arg l. 5 ff. de jurisd. Reip. causa*, ait Cicero *pro Murena: nulla res cuiquam potior esse debet. nullumque*, uti ad Herenn. lib 4. *tantum est periculum, quod sapiens pro saluta patria vitandum arbitretur.*

VII.

Inter media autem, Reip. dignitatem juxta, ac utilitatem sustinentia, & hoc est non infimi subsellii, ut peregrinorum cura habeatur, idque non tantum necessarium sed & utile habetur. Besold. *de jur. Civit. cap*, 6. Lindenspühr *ad Ordin Polit. Würtenb. Tit*, von Wirthen und Gastgeben, *n.* 1. Stypman. *de jur. marit. lib. 3. cap. 1.* imo & honestum. *Valde*, inquit Cicero, 2. offic. *Reip. est ornamento, homines externas hoc liberalitatis genere in urbe nostra non egere; Est autem vehementer utile his, qui honeste posse multa volunt apud externos gratia. & opibus.* Sed cum non omnes homines naturæ solius ductum, & dictamen sequantur, ut saltem, quod naturali debito exigitur, præstent, nedum ultra id hospitalitatis munus extendant, forte ne idem illis contingat, quod portitori olim apud Senecam *lib. 6. de benef. cap.* 18. gratuitam operam in transvehendo quibusdam navanti; nempe, ut hospitum numero obruantur: potius vero Hispani illius exemplum imitentur, qui Fridericum II. Palatinum Electorem, jussu Caroli V. apud illum divertentem, his verbis excepit: *Ædes ad me, non ad Imperatorem pertinent.* uti refert Bertram. *de Comitiis memb. 5. thes. 57. ad fin.* sub fucata boni specie jure naturæ neglecto Bernegg. *ad Tacit. Agric. qu.* 125. ideo necesse admodum fuit, naturali huic debito bonis legibus, & consuetudinibus succurri. Fitque hoc triplici via, ac ratione

Hospitationis Im- I. publica hospitia pro peregrinis, iisque vel in univer-

sum

sum omnibus, vel quibusdam saltem, constituendo ac ad ornando. II. a privatis constitui permittendo III. hospitia per civitatem, & ditiones distribuendo.

meatcte necessaria species.

VIII.

De primo modo est in historiis exemplum Cretensium qui, teste Athenæo *lib. 4. Deipnosoph.* binas habuerunt domos publicas, in quarum altera hospites versari, ac dormire solebant, quam iccirco κοιμητήριον, quasi dormitorium appellabant. Sic Constantinopoli hospitalia *Imaretb* dicta, in gratiam peregrinorum extructa, narrant Salom Schweiger. *in itinerar. Constantinop. lib. 2. cap.* 32. & Busbequius *Epistol.* 1. Sic etiam peculiaribus quibusdam personis hic honor hospitandi publice habendus apud cultiores gentes *Certe Magistratus* inquit Carol. Pasc. *de Legato cap. 24. Legatum & salutatione & aliis observantiæ documentis excipient, saltim qualiscunque hospitalitatis significabunt animum bonum, qui apud bonos invenit gratiam beneficii.* Et plurium gentium, Legatis exterorum aut aliis illustribus personis hospitia publica præbentium, exempla sunt apud Alex. ab Alexand. *lib. 2. Genial. dier. cap. 2.* nec apud Romanos hoc insolitum. *l. 5. §. 2. ff. de captiv. & post l. reverf.* Antiochi Regis Legatis, teste Livio *decad 5. lib. 25.* ædes liberæ publico hospitio datæ sunt, sumptusque decretus, donec in Italia essent; nec non erga Ptolomæum, qui, a fratre regno spoliatus, ad Romanos confugerat, excusavit se senatus, quod nec Quæstorem illi, *more Majorum* obviam misisset, nec publico hospitio excepisset. Valer. Max. *lib.* 5. *cap.* 1. Et quidem peculiaris locus huic officii generi erat destinatus. *Sub dextra curia:* ait Varro, *lib. 4. de Ling. Latin. Locus erat substructus, ubi nationum subsisterent Legati, qui ad Senatum essent missi.* Et in Græcia apud Eleos diversorio Magistratuum Romanorum nomen datum erat: Romanorum Leonidæum. Pausan. *lib. 5.* Talisque mos hodienum

Ima species hospitationis immed. necessaria.

dienum

dienum apud gentes, si non omnes, tamen cultiores viget. Frid. Marselar. *de Legat. lib. 2. diss. 12.* Sic in Suecia Holmiis, magnificum exstructum hujus rei gratia ædificium esse, narrant, qui ex istis oris veniunt, & quidem, in ea urbis parte, quam Australem insulam, Süder Malm, vocant, & in Hollandia Amstelædami est diversorium, das alte Herren Logiement, quo Anno 1661. Moscoviæ Legati excepti. Diar. Europæ *part. 12. mens. Jan. pag. m.* 128. uti etiam Magnus Dux Moscoviæ in ipsis protinus Regni sui limitibus Legatos externos sumtibus rediis, docente experientia, excipit: Similiter in Anglia Regum, ac liberarum Rerump. Legati triduano, sumptibus publicis. hospitio gaudent. Aliis in locis consvetudo est, ut ejusmodi personæ non peculiariter quidem ad hunc usum destinato palatio seu ædificio, neque sumptibus publicis ex cipiantur, soleant tamen minimum illis aliqvot vasa vini, cerevisiæ, carnis aliquod demensum piscium, certi modii avenæ &c. solemniter præberi, quemadmodum mos talis Hamburgi, Lubecæ, hodie adhuc observatur, & in plerisque maritimis, Megapolitanis, & Pomeraniæ civitatibus olim viguit. Aliis in locis, siquidem ipsi hospites adventantes sibi suo arbitratu diversorium elegerint, sumptus facti ex communi ærario refunduntur, quod vulgo appellari solet, das Auslöseu Gallice, *de frayer*. Pariter quoque in gratiam pauperum advenarum solent in bene constitutis Rebuspubl. hospitalia, seu Xenodochia erigi, uti in Italia prædicatur Xenodochium S. Spiritus, & Lateranum ; in Germania Argentinense, & Amstelodamense, Speidelius *in voce* Spital, & Norinbergæ S. Matthiæ, & S. Crucis, ubi pauperes peregrini, undiquaque venientes, per biduum cibo, ac potu reficiuntur. Non solum autem publica hoc modo hospitia munifice præbentur, sed & opificum collegia quædam

quædam hoc jure utuntur, ut hospitia peregrinantibus, qui ad illos aliqua ratione pertinent, præsto sint, id quod iis præcipue familiare est, qui dicuntur geschenckte Handwercke, & in hujusmodi diversoriis tyrones illius artis peregre advenientes prævia salutationis solennitate, gratis excipiuntur; da ein neu ankommender Gesell, wann er den Gruß abgeleget, auffgenommen und freygehalten wird, per aliquot dies, donec sibi ipsi de victu & sustentatione prospexerit, sive Magistro opificii inserviendo, sive alia licita ratione, neque vero diutius impendio collegii istius ibidem sustentatur.

IX.

Secundus modus, quem hospitii exercendi similiter & tabernæ erigendæ permissionem diximus, Wirthschafft, Wein- und Bier-Schencken anzurichten, hodie in Germania nostra regalibus annumeratur. Additionator *ad M. Uranii Cons.* 21. *n.* 6. *lib.* 8. *vol.* 2. Besold. *in th. practic. v.* 6. Gast, Klockius *Vol.* 1. *cons.* 8. *n.* 125. Indeque in ordinat. provinc. Würtemb. Tit. von Wirthen, und Gastgebern; §. Wir wollen auch, constitutum est, daß ohne Fürstliche sonderbahre Erlaubniß keine Wirthschafft sollen getrieben werden. Junge Gryphiand. *in Oecon. Legal. lib.* 1. *c.* 28. *n.* 42. Ad postremum modum, hospitationem nempe a civibus & incolis exigendi, pertinet præprimis illud jus, quod constitutum olim in Rep. Hebræorum (quod voluntarium divinum appellat Grotius *lib.* 1. *de j. b. & p. c.* 1. *n.* 15. 16.) de cura peregrinorum habenda. *Levitic.* 23. *Numer. c.* 5. *v.* 15. *& cap.* 15. *v.* 14. *Deuter. c. IV. v.* 19. *& c.* 14. *v.* 21. & aliis locis. Et quod de Thegesdetis, oppidi Africani populis, habet Cœlius Augustensis, & ex eo Stuckius *antiq. Convival. lib.* 1. *c.* 27. quod custodibus portarum mandent, simulac peregrinus ap-

2da Species hospitationis immediate necessariæ.

3ia Species hospitationis immediate necessariæ.

 pulerit,

pulerit, inquirant ab eo, habeatne amicum in urbe, ad quem divertat? Quodsi habere neget, ad hospitem aliquem deducant. De Lucanis quoque Ælianus *lib. 4. var. histor.* apud illos fuisse legem, si sub solis occasum venerit peregrinus, volueritque sub tectum alicujus divertere, & is non exceperit hominem, mulctetur. Pariter in Burgundionum Legibus antiquis constitutum, ut, siquis ingenuus hospiti advenienti tectum, aut focum negaverit, tres solidos, loco mulctæ, solvere teneatur si servus fustigetur. Vide *Leges Burgundionum in Codice LL. Antiqq. Lindenbrogii tit.* 38. De Frisiis tradit. Cornel, Kemp. *de Origin. & qualit. Frisiæ*, quod nefas apud illos fuerit habitum, quenquam epulis aut domo arcuisse, & hospitium, cibum ac potum itinerantibus negasse, imo, si quis ter negasset hospitium, & convictus fuisset, illius ædibus ignis submitteretur. Ejusmodi Legem etiam tulisse Carolum III. Sueciæ quondam Regem & Suecos illa Lege ad hospitalitatis officium perduxisse, scribit Olaus Magnus *lib. 4. c. 2. & lib. 5. c.* 1. adeo ut de illis tale proferet encomium Mich Heberer. *in Ægypt. servit. lib. 4. c.* 23. Es sind die Einwohner desselben Landes, auch die gröbesten Bauern in der Wildniß, gegen den Fremden sehr freundlich, gastgebig, und beherbergen gerne, jedoch muß man mit ihnen vorlieb nehmen, weil es sehr wenig offene Wirtshäuser hat. quanquam valde hoc limitari hodie, velit Auctor *descriptionis novæ Sueciæ n. 5. pag m.* 59. *Suecos*, ait, *humanitatis, æquitatis, & integritatis studiosos, sed non tam hospitales, ut olim, quamvis iter facientes non male accipiant.* Attamen hodieque, ex relatu in Suecia itinerantium, constat, vix pagum, nedum oppidum, aut civitatem reperiri, in qua non sint certis legibus & privilegiis constituta hospitia, commoda satis, cubiculis plerumque tribus, quatuor, ac pluribus adornata,

ut

ut ſinguli, vel bini ſuo ſeorſim pro lubitu cœnare, ac dormire poſſint, nemine ex his, quibus id privilegio datum eſt, auſuro peregrinis vel commorationem in illis, vel neceſſaria alimenta denegare. De Germanorum veterum hoſpitalitate multa habet Clüverus *in Germ. antiqua lib. 4. c.* 18. & videri poſſunt plura de gentium hoſpitalibus legibus, & moribus apud Guilielm. Anton. de Freunberg. *de reſcript. morator. lib.* 7. *concl.* 43. *n.* 30. Lindenſpühr. *ad Ordin. Polit. Würtemb. d. l.* Stuckium. *antiq. Conviv. lib.* 1. *c.* 27. Alex. ab Alex. *Genial. dial. lib.* 4. *c.* 10.

X.

Inter remedia etiam parcendi publicis ſumptibus in utilitatem ærarii Reipubl. refertur & hoc, quod ſubditi teneantur aliquando hoſpitium præbere, & privatis ſumptibus Principem, vel miniſtros ejus excipere. Klock. *de ærario lib.* 2. *cap.* 91. *n.* 16. Mündius *de muner & honor. in proëm. n.* 28. *& c.* 2. *n.* 55. Cum enim curioſi, & accurati Principis ſit, non tantum belli, ſed & pacis tempore, ſæpe loca regni ſui adire. Petr. Matthæi. *lib.* 4. *de vita Henrici IV. & V. narrat.* 2. Unde Druſus apud Tacitum *lib.* 3. *annal. cap.* 34. *n.* 9. *Principibus*, inquit, *ſæpe adeunda eſſe longinqua Imperii*, æquitati convenire videtur, ut, honoris, & amoris teſtandi cauſa, quoties divertere apud ſubditorum quenquam velit, liberaliter excipiatur; nec enim ſine moleſtia Principum ejusmodi eſt peregrinatio, quam Florus Poëta, alio ingenio præditus, non facile ſuſcepiſſet, quippe qui ita cecinit olim:

Ego nollem Cæſar eſſe,
Ambulare per Britannos,
Scythicas pati pruinas.

Sane, atteſtante Livio *lib.* 42. Romani Magiſtratus in itinere faciendo nullis unquam provincialibus, & ſociis

molesti fuerunt, mulis, tabernaculis, ac reliquo instrumento publice ornati. Vid. Panciroll. *var. lection. lib. 2. cap. 93.* tamen postea paulatim utiliter receptum, ut subditis onus hoc recipiendi imponeretur, partim ne sub dio degere cogerentur, quod periculosum, Lipsius *lib. 5. Polit. cap. 1.* partim, ne maximis ærarii publici impensis receptaculo sibi comparare cogerentur. Indeque jure quodammodo exigunt Principes hospitationem a subditis, seu jure Majestatis *per l. J. C. de Episcop. & Cleric. & l. 11 C. de SS. Eccles.* Petr. Antibol. *in tr. de munerib. §. 2. n. 19.* (Germani vocant Käyserlich, oder Königlich Ablager halten,) Gilken. *in authent. quas actiones c. 10. n. 20. & seqq. C. de SS. Eccles.* Klockius *de contrib. cap. 8. n. 4.* Everhard. *de oper. rustic. n. 31. lit. D.* seu jure superioritatis territorialis. Menoch. *Cons. 302. n. 29.* Mingius *de jur. super. territ. cap. 5. n. 76.* Besold. *vol. 2. Cons. 118. n. 54.* Knichen. *de jur. territor. c. 4. n. 422.*

XI.

Porro cum Princeps, aut alia potestas civilis non tantum perse, sed & per ministros suos Rempubl. gubernet. Grot. *de J. b. & p. lib. 1. c. 3. n. 6.* haud equidem, si foris officio fungantur, iniquum fuerit, subditorum impendiis recipi eos, nisi consuetudine, & moribus, aut pactis inter principem & subditos conventis obtineat, ut Princeps ipse eos suis impensis alat, quamvis officii causa in ditionibus ejus huc illuc commeantes. Non solum autem ministri, secularibus officiis addicti, sed & Ecclesiastici quodammodo gaudent hoc jure; Quo pertinet, quod de procuratione in jure Canonico constitutum est, *c. 19. 23. 24. X. de censib.* quæ debetur personis Ecclesiasticis, Ecclesias visitantibus, ab ipsis Ecclesiis, quæ visitantur. Lancellot. *in Instit. tit. de censib.* Gloss. & DD. *in c. 1.*

verb.

verb. visitatis. decensib. in 6. Tusch. *Concl.* 808. *lit. P.* Sithman. *in Idea jur. Episcop. cap.* 12. *n.* 12. *&c.* & est Procuratio concomitans ac consequens visitationis. Portius *Cons.* 194. Beroj. *Cons* 25. *n.* 4. *vol.* 1. Panormitan. *Cons.* 26. Ziegler. *ad d. tit. Instit.* Lancellot. *tit. de censib.* quæ quidem visitatio in terris Protestantium annexa juri territoriali, Reinking. *de Reg. s. & Eccl. lib.* 3. *class.* 1. *c.* 7. *n.* 18. 19. *&c.* Clockius *cons.* 10. *tom.* 1. *n.* 275. quemadmodum reliqua jura Episcopalia. Carpzov, *lib* 1. *Jurisp. Consist. de fin.* 3. *n.* 2. eamque expediunt Principes, s. Status, Protestantium religioni addicti, per Superintendentem & Consistoriales suos, quibus proinde non minus hæc procuratio regulariter debetur. Sithman. *de jur. Episc. c.* 12. *n.* 62. *&c.*

XII.

Rursus ministri seculares, aliique, pro quibus hospitia exiguntur, sunt vel militares, vel togati. Illorum receptio peculiari voce Metatorum indigetatur, nostro idiomate Einqvartierung, de qua materia integros tractatus posteritati donarunt Dn. *Tabor, & VValtherus,* qui præprimis evolvi poterunt. Injungi autem potest hæc hospitatio vel jure Majestatis, a superiorem non recognoscentibus, vel jure territorii seu superioritatis territorialis Krafft der Landes-Fürstl. oder hohen Obrigkeit. Knich. *de sublim. territor. jur. c.* 4, *n.* 422. Myler. *de statib. Imp. p.* 2. *c.* 43. *n.* 4. Besold. *in thes. pract. verb.* Einqvartierung Indeque est, quod subditi milites, ob justum bellum a Principe seu superiore conscriptos, sine gravamine hospitentur & recipiant. Menoch. *Consil.* 1197. *n.* 7. Qui vero nec Majestatis, nec superioritatis jure gaudent, iidem nec habent jus imponendi hospitationem; Quemadmodum Dominus Feudi hoc onere Vasallum gravare non potest, quod jure superioritatis careat, nulloque subje-

ctionis vinculo Domino vasallus astringatur. Sixtin. *de regalib. cap.* 14. *n.* 35. Neque vero jus vasallagii, die Lehnschafft, subditum facit, *clement. Pastoralis.* §. *denique junct.* §. *rursus, de sentent. & rejudic.* sed fidelem saltem servitiorum personalium præstationem, & recognitionem dominii directi postulat. Add. Cravett- *Cons.* 912. *num.* 15. Carpzov. *respons. Elector. lib.* 4. *tit.* 10. *resp.* 10. *n.* 23. Klockius *de contribut. cap* 14. *sect.* 2. *n.* 4. Contra vero necessitas præstandi hospitium militare arguit subjectionem, & recognitæ superioritatis symbolum est; unde porro colligitur, Senatum in civitatibus provincialibus, sive municipalibus Fürsten-Landstädte potestate, civibus metata talia injungendi, destitui quamvis ea a superiore injuncta distribuendi. & assignandi jure gaudeant.

XIII.

Est etiam receptio s. hospitatio ministrorum togatorum s. civilium. *l.* 6. §. 5. *ff. de offici præsid. l.* 11. C. *de Profess. & Medic.* Bald. & Corasius *ad l.* 4 *ff. de offic. procons.* v. gr. qui mittuntur a Principe ad jus dicendum, uti de Lothario, Rege Franciæ, & aliis a Carolo in Italiam, aliaque imperii loca missis legimus in *annal. Francicis Anno* 814. & apud Aimoin. *lib.* 4. *c.* 111. Knichen. *de jur. territ cap.* 4. *num.* 611. aut aliam ob causam, ut Mœcenas ab Augusto Cæsare ad Antonium, de quo Horat. *lib.* 1. *satyr.* 5. *v.* 27. & 45. quod Campano proxima villula ei præbuerat tectum, & parochus ligna salemque. vid Panorm. *ad c.* 1. *de immun. Eccles. n.* 3. Huc pertinet quod in urbibus ubi Comitia regni habentur, cives hospitari teneantur advenientes Legatos, sicuti cives Francofurtenses, tempore Electionis Imperatoriæ, juxta præ scriptum A. Bullæ, inde mos adscribendi, das Anschreiben, quando hospitia adventantibus Imperii Statibus, eorumve Legatis adsignan-

ſignantur, & hoſpitandorum nomina foribus publicæ inſcribuntur. Limnæ. *lib.* 9. *de jur. publ. c.* 1. *n.* 67. Arumæ *de Comit. c.*6. *n.* 61. *&c.* Nec obſtat hic *Novella* 143. *c.* 1. ad qua reſpondet A Faber. *in rational. ad d. l* 4. *de offic. proconſ.*. ſaltem enim de abuſu hoſpitandi, ejusque exceſſu loquitur illa Novella, prohibetque, ne judices gravent ſubditos hoſpitandi onere præter jus, & conſuetudinem. Quodſi enim publica domus eſt alicubi, ſive palatium, ſive prætorium, tum judex ſ. legatus communiter ibi commorari debet. Joh. de Platea. *in l. unic.* C. *de palat. & dom. Dominor.* Sixtin. *de Regal. lib.* 2. *c.* 17. *n.* 6. *&* 7. *per l. ult.* C. *de offic. rect. prov.* Quodſi vero non ſint tales domus publicæ, aut non ſatis commodæ *l* 3. C. *de metat.* nec hoſpitia publica, eaque commoda, tum optimo jure receptionem a ſubditis petent. Paris de Puteo. *de ſyndic. in rubr. expenſæ cap.* 1. *n.* 5. Innocent. *in c.* 1. *de immun. Eccleſ.* Lucas de Penna *in l. fin.* C. *de profeſſ.* Martin. Laudenſ. *tract. de official. dom. tom.* 5. *qu.* 47. Fr. de Aviles, *in explicat. LL. prætor. Hiſpanic.* c. 8. *n.* 5. De Legatis exterorum regum, aut Rerumpublicarum humaniter recipiendis jam ſæpius aliquid diximus. Non ſine ratione quidem etiam hoc onus a ſubditis ſuſtinetur; Sic in Suecia olim lege ſancitum fuit, ut omnes Coloni, exceptis iis, qui a ſede primaria intra unum milliare habitant, hoſpitium præbere teneantur. (1.) Legatis exterorum ad Regem miſſis (2.) omnibus, quibus literæ Regiæ, Reginæ viduæ, Principum hæreditariorum, Præfectorum militiæ & Præfectorum provincialium datæ erant, ſive a Rege ad hos, ſive ab illis ad Regem, aliasve per regiones, ad regni negocia expedienda, mitterentur. *Privil. Nobil. de Anno* 1617. *art.* 18. *Guſtav. Adolphi R.* Gaſtgiſſ-Ordn. *anno* 1615. §. Förſt wölle wy poſtea vero decreto

Regni publico, hoc ita immutatum est. *Anno* 1642. 1643. 1647. 1649. ut Coloni Coronæ, Kronbauern, singulis annis tres thaleros argen. mon. Nobilium vero coloni unum cum dimidio pendant, atque ita ab hospitandi onere sint immunes. Vid. *Disputatio de jur. hospitii, habita Upsaliæ Anno* 1669. *die* 30. *Junii præside Olao Ackermanno.*

XIV.

Hospitatio mediate necessaria. Hactenus de hospitatione, quæ ex Lege, vel Consuetudine immediate descendit. Mediate Lex vel consuetudo inducit hospitationem, quando facto s. negocio extrinsecus accedenti, eoque tendenti & directo, veluti pollicitationi, pacto, contractui, assistit, & vim effectumque civilem illi tribuit. Tum enim, quibus alias regulariter, & de jure immediate jus divertendi non competit, illud sibi arrogare, & petere possunt. per l. 78. ubi DD. *ff. de contrah. emt*: *l.* 11. *de action. empt. c. verum X de condit appos.* Menoch. *Cons.* 22. *vol.* 1. Tusch. *vol.* 4 *conclus.* 1607. *in pr.* Cothmann. *resp.* 3. *vol.* 4. *n.* 43. Wesenbec. *Cons.* 7. *n.* 7. *part.* 1. Sic, quamvis Advocatis & protectoribus, quatenus talibus, a clientibus non debeantur hospitia *c. præterea* 23. *X. de jur. patron. cap. in quibusdam X. de pœnis.* Rosenthal. *de Feud. cap* 5. *concl.* 74. *num.* 1. Knichen. *de jur. territ cap.* 3. *n* 310. Walther. *de Eunom metator. cap.* 5. §. 21. uti in terminis respondit. Menoch. *Consil.* 725. *incip. in Facti specie n.* 8. & Hospitationes, ut Magerus asserit, *de Advoc. armat. c.* 10. *n.* 304. advocatis sunt præberi solitæ potius ex familiaritate, & gratia, quam ex debito; tamen, per pacta, aliove legitimo modo advocati seu protectores jus divertendi sibi comparare quin possit. nullum est dubium. exemplo pagi Erlenbacensis, qui A. 1409 se in protectionem Comitis de Künigstein dederat, & certa jura, ac speciatim Albergariam, promiserat novo

protecto-

protectori suo. Auctor des Wertheimischen Gegen-Berichts contra Würtzburg *part.* 1. *c.* 4. *n.* 86. *& cap.* 14. *n.* 51. Pari modo, quamvis dominus Feudi non possit petere a Vasallo hospitium. *clem. Pastoralis*, & ibi Gloss. *de sent & re judic.* Gailius. *de arrest. Imp. c.* 7. *n.* 12 Mager. *de advocat. armat. c.* 6. *num.* 691. frustra in contrarium nitentibus Schradero *de Feud. part.* 6. *c.* 6. *n.* 123. Matth. de Afflictis *decis.* 265. *n.* 111. aliisque, quibus eatenus accedimus, quod incivile admodum fuerit, si vasallus, amplis præsertim reditibus feudalibus fruens, pro unius vel alterius diei hospitio pretium a Domino exigat. Gryphiand. *in Oecon. legal. lib.* 1. *cap.* 28. *num.* 17. nisi per aliam viam sibi, tale jus divertendi apud Vasallum, acquisierint. Koppen. *qu.* 17. *n.* 4. Wehner. *in voc.* Atzung. Sic de hospitandi onere in genere Servius *ad lib.* 9 *Æneid Consvetudo*, inquit, *erat apud majores, ut inter se homines hospitii jura, mutuis muneribus, copularent, vel in præsenti, vel per internuncium*, & de Græcis Xenophon *in vita Agesilai. Non te latere*, ait, *arbitror homines in civitatibus Graciæ consvevisse hospitalitatem inter se contrahere.* Neque solum hospitium contrahi potest inter privatos, sed & publice, idque iterum vel inter publica collegia, universitates, Respublicas inter se, vel inter tales ab una, & privatos ab altera parte. Tholosan. *syntagm. jur civil. lib.* 13. *c.* 28. *n.* 34. Philip. Caroli *in not. ad Gell. lib.* 5. *c.* 13. Budæus *in not. poster. ad Tit. de captiv. & postlim revers.* quomodo Livius *lib.* 7. de Eumene Rege ait, *quod cum illo & privatim singulis, & publicum Civitati* (Romanæ) *fuerit hospitium.* Hujus hospitii mentionem quoque facit Pomponius JCtus *in l.* 5. §. 2. *ff. de captiv. & post lim. revers.* Sic Heduos, Romanorum hospites vocat J. Cæsar. *lib.* 1. *de bell. Gall.* & de Milesiorum & Sybaritarum mutuo hospitio habet Herod. *lib.* 6. *qui* ἐράτω *inscribitur.*

E XV.

XV.

Præſcribi etiam poſſe jus divertendi, haud incongruum juri videtur. Etſi enim (1) hoſpitem recipere, ſit res meræ facultatis, in quibus locum non habet præſcriptio, quamvis quis vicibus mille receptus ſit. Beſold. 3. *conſ.* 118 Ancharan. *in c. ſine poſſesſione col.* 11. *de Reg. jur. in* 6. Decius *conſ.* 8. *col.* 3 *in fin.* (2) ad inducendam præſcriptionem requiratur, ut actus poſſeſſorii, vel quaſi exerceantur jure præſcribentis *l. ult. ff. quemadm. ſervit. amitt.* Abbas Panormit. & Ripa *in c. cum Eccleſ. ſutrina X de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* qui vero recipit aliquem, potius id ex familiaritate præſumitur facere, quam jure aliquo Poſtius. *de Manutenendo. obſ.* 53. *n.* 3. Tuſch. *concl.* 32. *lit. Q. m.* 7. Hondedæ. *conſ.* 79. *n.* 49. *vol.* 1. Menoch. *de A. I. q. caſ.* 160. *n.* 12. & 19. Maſcard. *de probation. vol.* 3. *concl.* 12. 21. *n.* 3. Beſold. *vol.* 2. *conſil.* 118. *n.* 92. utilitas tamen publica, juſti prope mater, & æqui, hic prævalebit, & reſpondebitur ad I. quamvis ſolo temporis curſu non præſcribantur res meræ facultatis, tamen accedente aliquo facto externo, cui acquieſcat alter, præſcriptioni earum rerum etiam locus eſt. Roland. *Conſ.* 22. *n.* 20. & *conſ.* 53. *n.* 20. Decius *Conſ.* 8. *n.* 4. & *conſ.* 175. & 215. Anton. Gabriel. *comm. concluſ* 10. *tit. de præſcript. n.* 13. Corneus. *Conſ.* 296. Cæpolla. *de ſervitut. cap.* 50. *n.* 10. Arumæ *vol.* 3. *diſc.* 19. *theſ.* 61. v. gr. ſi me apud te diverſurum, jusque mihi apud Te divertendi prætendentem tu admittas, & acquieſcas, acquiro mihi illud jus apud te divertendi per præſcriptionem, non injuria dixerim, idque in terminis habet Cravetta. *de antiquit. tempor. part.* 4. *in fin.* cui jung. Socin. Senior. *conſ.* 181. *col.* 2. *lib.* 1. Pariſ. *Conſ.* 17. *n.* 112. *lib.* 1. Nevizan. *Conſ.* 80. *n.* 21. Ad II. præſumi quidem, familiaritatis gratia receptionem, ſi ſcil. nulla alia

causa appareat. Manzius. *centur. decis. qu.* 28. *n.* 4. Tusch. *conclus.* 411. *n.* 3. *& fin. lit.* P. Cravett. *Consil.* 236. *col.* 2. exemplo rustici, qui solitus est afferre capones Nobili. Bartol. *in l. eum ff. de in rem verso n.* 9. Quodsi vero, quasi jure quodam suo quis divertat, in eoque alterum acquievisse, possit probare, eliditur præsumptio familiaritatis per ea, quæ habet Cavalcan. *decis.* 1. *n.* 23. *lib.* 5. Auctor des Wertheimischen Gegenberichts *cap.* 3. *fol.* 43.

XVI.

Potest etiam quilibet peregrinans hospitium jure petere ab eo, qui publicum aperuit diversorium, der einen offenen Schild ausgehencket. Hic enim etiam invitus recipere tenetur. l. 1. *& ib.* Bartol. *ff. naut. caup. stabul. l.* 17. §. 3. *ff. commodat. l. un. ff. furt. advers. naut. & ibi* Godofred. *in Verb. nec repellere potest.* Chassan. *in catalog. glor. mund. part.* 11. *consid.* 46. *vers. & fuit.* Azevedo *in constit.* Hispan. *lib.* 7. *tit.* 11. *leg.* 6. *n.* 9. Besold. *part.* 3. *cons.* 118. *n.* 51. Stamm. *de servit. person. lib.* 2. *c.* 16. *n.* 3. Coler. *ad* §. 3. *I. de obligat. ex delict.* Speckhan. *cent.* 1. *qu.* 23. *n.* 3. rationem reddit Bonifacius *de furt.* §. 8. *n.* 18. 19. *&* 20. quod Cauponum, hospitumque insignia, solis, stellæ; suspensæ hederæ, & similia, manifesta sint invitamenta, & perinde sit, ac si expresse invitarent viatores; ne dicam, quod intentio concedentis hospitationem, seu facultatem hospitium erigendi falleret, si non omnibus domi esset hospes activus; eum etenim in finem eriguntur hospitia publica, ut undique adventantes commode recipiantur. Dn. Tabor. *in tr. de metat. part.* 3. *c.* 3. *art.* 2. §. 13. jung: Rebuff. *in Constit. Reg. tit. de hospitibus n.* 1. Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib.* 1. *tit.* 1. *n.* 5. *&* in simili Paris de Puteo *de syndicat. vers. Advocati n.* 3. & Joh, Marquardus, Reip. Lubecensis quondam Consul, &

Affinis noster honoratissimus, nunc ἐν Ἰοῖς ἁγίοις, *in tr. de Jure Mercaturæ lib. 2. c. 5. n. 36.* Hinc etiam Græce dicitur talis hospes πάνδοχος quod omnes recipiat. Sed siquis pietate motus, crebro homines peregrinos recipiat, nullo præ foribus, aut frontispicio ædium, appenso signo, nulla etiam fere extante familiaritate præsumptione, an possit cogi ad hospitandum? Ita quidem videtur, cum alias recte se habet, quod monet Bartol. *in l. legatis servis n. 3. & in* l. *mariti § qui quæstum: ff. de adulter*: hospitem non posse dici ex unico actu hospitationis Vid. Chassane. *in Consvet. Burgund. L. 4. des droits §. 1. n. 5.* & Marquard. *de jur. mercatur. lib. 1. c. 7. n 39.* Denique etiam ex peculiari facto nonnunquam oritur hospitandi onus, v. g. qui denegat solvere collectas impositas, prout moris hodierni est, executorem tamdiu domo recipere & alere tenetur, donec solverit, quod debebat.

CAPUT. IV.

DE CAUSA FORMALI HOSPITII.

I.

Causa Formalis Forma hospitationis publica.

DIximus in fin. cap. 2. Ratione formæ dividi (1) hospitia in publica & privata. Hospitatio publico nomine varie iterum fit; aut enim hospitandus sibi ipsi hospitium quærit, sumptibus publicis, uti Gregor. Turonensis *lib. 9. c. 45.* de Chilperici Regis Filia, quæ in Hispaniam nuptum ducebatur, scribit, *quod apparatus magnus expensis diversarum civitatum in itinere congregatus sit, ad quem nihil de fisco suo dari Rex jussit*; aut illis locus assignatur ab iis, qui hospitationem debent; aut denique a subditis, civibus aliisque qui præbent hospitationem, in domum recipiuntur. Wehner. *in voce* Amt-Bücher, Christinæ *decis. Belgic. 135. n. 17. vol 5. & decis. 143. n. 22.* Privata hospitia præbentur in ædibus singulorum propriis.

II. Di-

II.

Diximus etiam hospitia (II) alia esse limitata, alia illimitata. Limitatur interdum hospitatio (1) quoad numerum & comitatum hospitum recipiendorum, uti in *c. cum Apostolus. 6. c. procurationes 23. X. de cens.* cautum est concilio Lateranensi, quod Archiepiscopi, parœcias visitantes, pro diversitate provinciarum, & facultatibus Ecclesiarum 40. vel 50 evectionum numerum, Episcopi autem 20. vel 30. Cardinales 25. nunquam excedere, neque cum canibus venatoriis, aut avibus, proficisci debeant. quod si hospitatio debetur certæ familiæ, eaque familia augeatur, quæsitum fuit, an omnes hospitandi sint? de quo vid. Küppen. *decis.* 17. (2) Limitatur hospitatio quoad tempus: sic Wehnehrus, *in voce* Schauren / scribit von denen 6. Mayndörffern in Franckenlande / daselbst / so offt der Amptman zu Grâglingen das Hochgericht hält / so mag er mit so viel Personen / und Pferden / als ihm beliebet / und deren Zahl man nicht wissen mag / dazu auch mit schönen Frauenzim̃er / und Spielleuten des Abends ankommen / und des folgendē Tages nach gehaltenem Hochgericht um die Zeit und Stunde er vorigen Tages angelanget / und alsonach 24. Stunden wieder abziehen: was damahls verzehret / muß der Dohm-Probst zu Würtzburg außrichtē. Sic Nobiles de Mersburg habent in vico Fahrlosen / in Hassia versus Mündam sito, jus Albergariæ, limitatum tamen, ut saltem per unam noctem publicis sumptibus hospitium eis adventantibus præbeatur, eoque beneficio ipsemet, in itinere Nobili cuidam ex illa familia comes, aliquando gavisus sum. Sic jure Canonico cautum, quod Episcopus, diœcesin peragrans, non amplius, quam una die per unamquamque Basilicam morandi licentiam habeat, & secundum loci mediocritatem con-

vivia expectet. c. *placuit.* c. *inter cætera.* c. *illud* 18. *quæst.* 3. In hospitiis quoque & diversoriis Constantinopolitanis gratuitis per triduum saltem commorari licet. Salom. Sweiger. in *Itin. Constantinop. lib.* 2. c. 32.

III.

(3) Limitatur hospitatio quoad modum; alia enim nuda est, alia non nuda. Nuda est, quæ solam commorationem præbet, & nil fere, præter tectum. Talis hospitatio militum erat olim apud Romanos. Catell. Cotta. *in memorab. verb. militibus medietas.* Clock. *de contrib.* c. 17. *n.* 208. Roland. a Valle. *Cons.* 66. *n.* 8. *vol.* 1. *per l.* 5. *C. de metat.* ibi: *solam hospitationem.* vid. ibid. Luc. de Penna & *l. un. C. de salgam. hospit. non præstand.* ideo enim ipsis stipendia & annonæ dabantur, ne provinciales onerarent. *l.* 3. *C de erog. milit. ann. l.* 16. § *I. eod.* Tale hospitandi genus in usu etiam est hodie multis Europæ locis præsertim apud Hispanos, ubi, præter tectum, plerumq; viatoribus nihil præbetur, edulia ipsi emere coguntur, quæ quidem hospiti coquenda dant. In Germania hoc genus vocatur Obdach, wenn man den Einqvartierten nur das blosse Obdach, sive Bedeckung unter einem Dache, und Lagerstelle, giebet. Non nuda hospitia sunt, quando, præter tectum, quædam alia necessaria suppeditantur; quomodo hodierno usu plerisque hospitationibus tale quid adjicitur, cum præter tectum, vulgari vocabulo, *services.* puta lectus, ligna, candela, accetum, sal, Saltz, und Sauer, præbentur. Exemplo sit edictum *Electoris Brandenb. de anno* 1639. 28. *Decemb. & de ao.* 1665. 6. *Oct.* juxta quod ein Unterscheid unter Officierern, und gemeinen Soldaten zu machen. Ist es ein Officier, der hat Dach, und Fach, ein gut Logiement, Bette, so gut sie es haben, Stallung, Saltz, Tisch, und Küchen-Geräthe nach Notthurfft zu

zu prætendiren. Ist es aber ein gemeiner, der geneusset von seinem Wirthe Saltz, Licht, Feuer, und Lägerstät, so gut es kan gegeben werden. Vide Hoyer. *in not. ad jus milit. Brandenb. tit. II. art.* 53.

IV.

Denique diximus, hoſpitia alia eſſe gratuita, alia mercenaria. Gratuita ſunt vel voluntaria, ad quæ nemo civiliter obligatur, vel neceſſaria, quæ lege, contractu, aut mandato ſuperioris injunguntur. Clericis quidem jure Canonico mandatum eſt, ut hoſpitales ſe præbeant. vid. Hoſpin. *de Orig. monach. lib.* 14. *c.* 53. ubi, inter cœteras leges, etiam hoc præſcriptum reperitur, *Monachi ut omnes ſupervenientes hoſpites, tanquam Chriſtus, gratis recipiant:* Sed & Princeps, aut quævis alia poteſtas ſuperior, ſolet nonnunquam gratis hoſpitia deſignare. Mercenaria hoſpitia ſunt, qualia præbent caupones, & hoſpites publici, die offne Schencken, und Wirthshäuser halten. Sed de horum omnium conſtitutione jam ſatis pro re nata in prioribus diſſeruimus.

Caput. V.

DE FINE ET EFFECTU HOSPITII.

I.

Finis hoſpitiorum in genere eſt, ut ſuccurratur recipiendorum hoſpitum, ac viatorum neceſſitati, & commoditatibus, ſive cibatione hoc fiat, ſive potu, ſive igne, cubiculo, lectulis, ſeu qua alia rebus eorum commoda utilitate. Quemadmodum autem illi, qui recipiuntur, duplicis ſunt generis, aut peregrinantes ſeu viatores, aut ejusdem civitatis, vel loci incolæ; ita finis hoſpitiorum, reſpectu habito ad illas perſonas, poteſt eſſe vel honeſtus vel inhoneſtus. Receptio ſive hoſpitatio ci- *Finis hoſpitii.*

vium,

vium, seu incolarum, quæ fit in popinis, œnopoliis, Wein und Bier-Schencken, da man sitzende Gäste haben mag, plerumque ad inhonestum delabitur, multaque mala secum trahere solet; quod cum animadversum esset a legis latoribus, quibusdam locis oppidanis pariter ac vicanis popinarum usum inhibuerunt; ne, dum Baccho indulgetur, gulæque se, ac ventri dedunt homines, rei simul, ac temporis jactura fiat. Renat. Choppin. *de morib. & Consuet. Paris. lib.* 1. *c. ult. n.* 12. sane eadem censura usus est, qui, cum Diogenem in taberna cænantem repperisset, graviter eum increpavit; nec laude igitur sua defraudandus Claudius Imperator, qui ejusmodi tabernas, hunc in finem exstructas, destrui jussit; nec minori præconio digna Regis Galliæ Constitutio Ao. 1254. qua prohibitum; *Ne ullus recipiatur in tabernas ad moram faciendam, nisi sit transiens, vel viator, vel in ipsa villa non habeat mansionem.* Cauponæ enim non voluptatis, sed necessitatis gratia haberi, & excerceri debent. Speidel. in *specul. voc.* Wirth *vers. quantum etiam.* Afferunt hanc in rem plura Val. Maxim. *lib.* 1. *c.* 7. Klockius *de ærario lib.* 2. *c.* 58. *n.* 8. & *c.* 59. *n.* 14. Christinæ *vol.* 5. *decis. Belgic.* 78. *in fin.* August. Barbosa *de offic. & potest. parochi, part.* 1. *c.* 6. *n.* 20. Ludov. a Peguer. *decis.* 44. Speidelius *in verb.* Wirth. Receptio autem, sive hospitatio peregrinantium, qui domicilia, ut proverbio dicitur, secum ferre non possunt, sua natura honesta est, ac utilis Reip. nisi per accidens cum ignominia & inhonesti labe & detrimento Reip. contaminetur.

II.

Effectus hospitii. Effectus hospitiorum consistit (I.) in Obligatione & officio tam hospitis activi, quam passivi, cujus præcipua capita solent, quamvis submonitionis vice magis, quam

in

in vim legis, in hoſpitiis parieti affixa advenientibus monſtrari, ne ignorantiæ tegumento velare ſe poſſint. (II.) in actionibus, ſive remediis, ex obligatione illa reſultantibus, interque hoſpites mutuo competentibus. Obligatio & officium hoſpitis activi conſiſtit vel in committendo, vel in omittendo, ſeu in faciendis, & non faciendis. Ad priorem claſſem ſpectat I. quod advenientem blande humaniſque, partim verbis, partim geſtibus excipere debeat. Exemplum præbet Telemachus, Minervam excipiens, apud Homerum Od. *α*. his verbis:

Νεμεσσήθη δε ἐνὶ θυμῷ
ξεῖνον δηθὰ θύρῃσιν ἐφεστάμεν ἐγγύθι δὲ στὰς
χεῖρ' ἕλε δεξιτερὴν καὶ ἐδέξατο χάλκιον ἔγχος

ubi Euſtath. *in comment.* quod moris fuerit hujusmodi verborum formula affari hoſpitem: *χαῖρε ξένος*, *ſalve hoſpes*, quodſi dignitas vel honor advenientis exigat, obviam ei mittantur aliqui, vel hoſpes ipſemet, obviam eundo, in hoſpitium eum deducat. Sic enim moris eſt non tantum in publicis, verbi gratia, quando Princeps, aut Legatus adventat, ſed etiam ad privatas affinitates, amicitias, & hoſpitia mos ille deduci cœpit. Carol. Paſchalius. *de Legat. c.* 29. Quodſi II. onus aliquod geſtet viator, liberandus erit illo onere; ſic enim Telemachus apud Homerum *dict. loc.* enſem Minervæ, quo erat cincta, accepit, & repoſuit certo loco. Sed hæc, & talia alia, ſunt quidem de officio humanæ hoſpitalitatis, non tamen ubique in obligatione eſſe cenſebuntur: ideo, ſi quis moroſior, in his partibus exiſtat hoſpes, adventanti, vix eſt, ut ad exigenda ea, actionem porrigamus: neque enim omnia, quæ honeſta ſunt, civilem protinus obligationem producunt III. in plurimis Rebuſp. hoſpites ſchedulam, receptorum advenarum nomina continentem, ſingulis diebus Magiſtratui exhibere tenentur, müſſen alle Abend

 einen

einen Nacht-Zettel und Verzeichniß übergeben, was sie vor fremde Personen bey sich haben. *Knipschild. de jur. Civit. Imperial. lib. 5. c.* 261. *n.* 29. quod quia ad statum, & securitatem publicam facere videtur, merito in eos, qui id negligunt, animadvertetur. IV. In domum deducti aut recepti hospites comiter & civiliter habeantur, cumprimis vero secundum qualitatem & conditionem personarum tum de cubiculo per *l.* 2. *§. illustribus C. de metat.* tum de iis, quæ ad victum necessaria sunt, illis prospici debet, *l.* 14. *ff. de anum. legat.* Tiraquell. *de Nobilit. cap.* 20. *n.* 143.

III.

V. Hospes activus tenetur personam hospitis passivi ab omni injuria defendere, ut adeo congrue Alciatus *reg.* 3. *præsumpt.* 40. *n.* 4. argumentetur in hunc modum: Si hospes tenetur de damno dato in rebus hospitis, multo magis de damno dato in persona: junge Rebuff. *in Constitut. Reg. tr. de hospitibus n.* 7. & Text. Land-Recht *art.* 18. *lib.* 3. Inde Telemachus apud Homer. Oδ. α. Minervæ separatas adornavit epulas, nequid illi molestiæ a procis ocureret, & Oδ. π. de Ulysse, patre suo, sollicitus, eum apud Eumenem pastorem commorari maluit, ne conviciis proscinderetur. Et laudatur Rahabæ meretricis virtus, quod hospites suos periculo exemtos voluerit non sine suo periculo *Jos.* 2. *vers.* 4. *&* 6. *Apostolus Ep. ad Hebr.* 11. *vers.* 31. nec minus laudatur Lothus, qui hospitalem gratiam domesticę prætulit verecundiæ *c. offerebat.* 32. *quæst.* 7. quod factum, quamvis ab omni peccato absolvendum existiment haud infimæ sortis & eruditionis Viri, solido tamen calamo eos perstingit Magnif. Dn. Eichel, *in tr. de jure, quo natural. lib. & parent. oblig. part.* 1. *n.* 35. Huc pertinet, quod caupo teneatur de homicidio in caupona commisso, & quod revelare debeat delictum, siquidem

dem suspicionem pravæ societatis, & fœdæ receptationis evitare velit; Zanger. *in tr. de tortur. c. 2. n. 135.* Blancus *de indic. n. 33.* Mævius *ad jus Lubecens. lib. 4. art. 6.*

IV.

VI. Non minus ad custodiam rerum viatoris, in hospitio receptarum, obligatur, quamvis seorsum merces illi non detur custodiæ causa, *l. 5. ff. Naut. caupon. stabul.* Carpz. *Jurispr. For. p. 2. const. 26. def. 10. n. 1.* Habentur autem pro rebus receptis, si solum immissæ, aut illatæ sunt in navem, cauponam, diversorium. *l. 1. § fin. ff. N. Caupon.* Neque opus est, ut expresse & specifice cauponi designentur, aut committantur, per *l. 9. §. 3. ibi quid enim interest, inferantur volente eo in domum ejus l. n. 9.* Bartol. Bertazol. *lib. 1. consil. Crim. 68. n. 1. & Consil. an ei tradantur. ff. de jur. dotium.* Bachov. *in prot. ad l. 1. §. 160. n. 13.* Barbat. *Cons. 53. n. 16. vol. 1.* Grivel. *decis. 49.* Mascard. *de probat. concl. 833. n. 14.* licet etenim, asserente Regnero Sixtino *vol. 3. Consil. Marpurg. 7. n. 91.* ubivis fere gentium moribus & consvetudine receptum, ut ea, quorum custodiam alii commissam velint viatores, apud hospitem singulariter custodiendi gratia deponantur, tamen hoc ipsum non videtur esse necessitatis, & vocabula *mores, consuetudo,* eo adhibentur significatu, ut denotent actiones humanas indifferentes, nulloque juris aut necessitatis vinculo communitas, ut quando Cicero, se contra consuetudinem suam pluribus scripsisse, ait. De rebus ergo, inscio caupone, illatis, si quæstio oriatur, verior est sententia, generalem rerum illatarum scientiam requiri, & sufficere, ut teneatur de iis hospes, non v. specialem, quales nimirum, cujus qualitatis, ac quantitatis res illæ sint. Baldus *in l. 5. C. locati.* Jason. *ad l. 5. n. 43. ff. de in lit. jur.* Ludov. Peguer. *decis. 45.* Bertazol. *lib. 2. Cons. 313.* v.

gr. sciat caupo, vallisium, vel cistam esse illatam, non vero scire, aut monstrare ei necessum est quod pecunia, vel alia res cistæ inclusa. Plotus *de in lit. juran.* §. 10. *n.* 6. 10. & 12. Speculator. *lib.* 4. *Part.* 4. *sub rubr. de furt. n.* 15. Carocius *de deposito part.* 1. *rubr. de in lit.* jur. *n.* 7. Bechman. *in us. practic. ad Tit. Naut. Caup.* & ipsa Glossa *ad l.* 1. §. *fin. v. illatæ sunt. ff. eod.* Quamvis enim Glossæ opinionem communiter improbatam velint Clarus *lib.* 5. *sentent.* §. *Furtum in fin.* Menoch. *de A.* 1. *q. Caf.* 208. *n.* 38. Paris. *Cons.* 74. *n.* 3. *lib.* 1. Ruin. *Cons.* 143. *n.* 29. *lib.* 5. oriri tamen hoc videtur ex sensu ac mente ejus, sinistre a DD. percepta. Putant enim DD. Glossam notitiam illatarum rerum specialem requirere, id quod ex ratione dubitandi ab iis adducta patet, quod scil. periculosum foret, si ante receptionem omnia & singula inferenda cogerentur ostendere viatores. Jason. *in* §. *item Serviana l. de action.* Zasius *ibid. n.* 16. Plotus *de in lit.* jur. §. 10. *n.* 12. Mascard. *de probat. concl.* 833. *n.* 11. Stamm. *de servit. person. lib.* 2. *c.* 14. *n.* 11. DD. comm. *in* l. 1. *ff. de in lit.* jur. veruntamen, si rectius paulo Glossæ verba consideres, eadem illius mens apparebit, quæ DD. neque enim desiderat specialem rerum illatarum notitiam, sed tantum generalem, prout exemplum adductum satis probat de re scil. mediastini custodiæ commissa, inscio hospite, nullamque, ne quidem generalem notitiam ejus habente. Illud tamen hic porro notandum, siquidem lis moveatur de scientia vel ignorantia illatorum, hanc præsumi in favorem cauponis, quia in facto alieno consistit. *l.* 2. *ff. de jur. & fact. ignor.* Stypmann. *de jur. maritim. c.* 15. *n.* 308. & proinde scientiam ab actore esse probandam Peckius. *ad l.* 1. §. *ult. ff. nautæ. caup. n* 8. nisi scientiæ præsumptio major, & fortior elidat ignorantiæ præsumptionem minus fortem

Loc-

Loccen. *de jur. marit. lib. 3. c. 8. n. 3.* Mascard. *de probat: concl* 1300. *n. 4.* Joh. Bapt Costa. *tr. de scientia & ignor. inspect. 65. n. 7.* sic si quis curru adveniat, præsumptive instructus est omnibus ad currum necessariis (Wagen und Pferd-Geschirr) inepteque exciperet caupo de custodia interpellatus, nescivisse se, quod frenum vel rotas secum habuerit viator.

V.

Ex dictis itaque patet (1) non teneri hospitem seu cauponem de custodia, sine generali notitia rerum illatarum idemque est (2) si protestetur ab initio, se nolle teneri, & protestationi consentiat viator, utrumque enim concurrere debet *l ult. pr. circ. fin. ff. naut. caup.* Alexand. *in l. 8. §. 6. ff da oper. nov. nunci.* modo protestatio facta sit post receptionem, sic enim ante receptionem, sola sufficit sine viatoris consensu Bart. *in l. 7. ff. naut. caup.* Bachov. *ad Treut. disp 26. th. 5. lit A. vol* 1. Sed anne expressus viatorum consensus requiratur an sufficiat tacitus? de expresso statuit Peckius *in l 7. §. item si prædixerit. n. 2. ff. Naut. caup.* sed contrarium, tacitum nimirum sufficere, rectius defendunt Vinnius *in not. ad d.* Peckii *loc.* & Loccen. *de jur. marit. lib. 3. c. 7. n. 12.* quodsi itaque, protestatione a caupone facta, nihilominus maneat in diversorio viator, non tenebitur amplius de illatis caupo. (3) non tenetur qui amicum jure familiaritatis & amicitiæ recipit. Alberic. ad *l. 1. §. ait Præt. ff. naut. caup.* Specul. *ad Tit. de Furt. v. quid si amicus* Baldus *in l. 3. ff. Nautæ & in l. certi C. locati.* Stam. *de servit. person. lit. 2. c. 14. n. 14.* nisi forte simul caupo s. hospes publicus sit, tunc etenim tenetur, quamvis gratis aliquem recipiat. l. 8. *pr. ff. naut. caupon.* (4) non tenetur, qui ex necessitate & coacte recipit. e. gr. in recipiendo principe, vel comitatu ejus. Alber. *ad d. l. 1. §. ait prætor. n. 1. ff. naut. caupon.* Tabor. *de metat. part. 2. c. 6. n. 5.* (5) non tenetur. quando culpa ipsius Viatoris res amissa vel deteriorata.

 Zasius

Zasius *in parat.* ff. *Nautæ n.* 13. vel saltem, si concurrat culpa ejus. Baldus *in l.* 5. *C. locat. n.* 3. Stamm. *de ser. pers. lib.* 2. *c.* 14. *n.* 15. per *l.* 203. *ff. de R. I junct. l.* 11. *pr. ff. ad l. Aquill.* ut si forte hippoperam, quam vulgo vallisium vocant, in stabulo super dorso equi, aut pallium, pileum in cauponæ area, aliamve rem in loco non satis congruo reliquerit, vel similibus modis negligentiam commiserit. Plotus *de in lit jur. n.* 10. §. 10. Menoch. *de A. J. Q. cas.* 208. Caspar. Anton. Thesaur. *lib.* 2. *qu.* 55. *n.* 4. Schneidew. *ad § fin. Inst. de obl. quæ quas. ex del. n.* 4. *in fin.* Consequens est, si proprius viatoris famulus damnum rebus viatoris inferat, cauponem excusari juxta sententiam Paponii *lib.* 23. *tit.* 6. *arrest.* 4. *circ. fin.* quam etsi dubiam reddant *l.* 6. §. 1. ff. *naut. caup.* & *l.* 21. §. 1. ff. *commod.* pro Paponio tamen haud leviter facit *l.* 5. §. *si me rogaveris* 13. ff. *eod.* (6) excusatur caupo, quando vi majori, & fatali casu, qui præcaveri non potuit, damnum in rebus illatis est datum. *l.* 3. §. *pr. &* 1. ff. *Naut. caup.* Plotus *de jure jur. in lit.* §. 10. *n.* 8. Menoch. *de A. J. Q. de cas.* 208. *n.* 4. & late Stamm. *de servit. person. lib.* 2. *c.* 14. *n.* 18. Qua ratione, tempore publici tumultus ob monetarum depravationem Magdeburgi, aliquando exorti, absolvendos esse caupones, consuluit Klockius *vol.* 3. *consil.* 135. *n.* 22. *& seqq. usque ad n.* 62. Pariter quoque cauponem, cui nocturno tempore, vi majori, foribus stabuli effractis, equi viatorum sunt surrepti, absolvendum censuit Senatus Dolanus referente Grivello *decis.* 49. faciunt huc, quæ habet P. Christinæ. *vol.* 5. *decis.* 65. & Stypman *de jur maritim. lib* 4. *c* 15. *n* 346. ubi de probatione hujusmodi casus inevitabilis, quæ cauponi incumbit, plura & utilissima adducit. Siquidem tamen etiam vel levissimam culpam cauponis præcessisse, probare poterit viator, tenebitur de ea caupo. Strach.

de

de Naut. part. 2. *n.* 6. Carpzov. *I. F. part.* 2. *defin.* 18. *n.* 6. *& seqq.*

VI.

Sed quæritur jam, si deponens in diversorio custodiam rei suæ ipsemet retinuit, aut custodiam famulis suis mandavit, custodemque rebus suis apposuit, vel cistam reposuit in lecto & claves cubiculi apud se retinuit, an nihilominus teneatur hospes de amissis, aut deperditis. Negant Bald. *in rubr. C. de posit. n* 1. *& ad* l. *fin.* §. *item si prædixerit n* 2. ff *N. Caup.* Bossius *tr. crim tit, de furt. ad vers. naut, n.* 5. Menoch *de A. I. Q. cas.* 208. *n.* 39. Anchoran *qu* 61. *lib* 1. *I. O.* Tabor *ad Tit.* ff. *de Furt racemat crimin.* 7. *thes. ult.* Sed contrarium videtur verius; habentur enim pro receptis res in cauponam, seu diversorium semel illatæ, illatæ autem etiam sunt illæ res, quarum custodiam vel curam ipsemet viator quodammodo retinet, ergo pro receptis quoque habendæ, & per consequens de illis hospes tenetur, neque censetur, qui rerum suarum custodiam simul ipsemet, ut diligentem patremfamil. decet, suscipit, remisisse statim hac vigilantia alteri officicium ac obligationem suam arg. *l.* 5. § 14. ff. *commod.* & *ibi* Bartol Bald Castrens. Salic & alii, Jason *in l*, 5, ff *de in lit juran, n* 43. De clavium traditione, quomodo illa liberet hospitem a custodia, altioris forte est indaginis, Certa ubi per observantiam vel statutum loci alicujus illa liberat hospitem a custodia, nullum restabit dubium, uti in Gallia judicari solitum testatur Chopinus *lib* 2 *ad Consuet. Parisiens. tit.* 8. *&* l*ib.* 3. *tit.* 3. Eo vero cessante, quid dicemus? Sane Bartol *in* l. 7. *n.* 1. ff. *Naut. caup.* Bald. *in rubr.* C. *depositi. & in* l. 4. C. *locati.* Coler. *in* § *item exercitos* 1. *de obs. quæ qs. ex delict.* Harpr. *eod. n.* 5. Mascard. *de probat. conclus.* 833. *n.* 13. 14. ita distinguunt: ut, sicubi ab initio, traditis clavibus, cum protestatione

pericu-

periculum caupo a se rejecerit, minime teneatur, absque hac protestatione vero teneatur; præsumi enim traditionem clavium factam, ut possit viator res suas, quandocunque voluerit, eo promtius, & commodius recipere. Accursius quidem simplici ac nudæ clavium traditioni, initio factæ, hunc tribuit effectum, ut caupo de levissima culpa non teneatur *ad l. fin.* §. 1. *ff. N. Caup.* quod ipsum pariter arridet Sichardo *ad* l. 1. *C. locati n.* 9. & Anton. Fabro *ad l. fin. pr.* ff. *N. Caup.* sed Bald. *ad eand. l. fin.* §. *item si prædixerit n.* 2. Glossam, ait, eam modificationem ex suo adjicere capite, non vero probare per legem. Quod si autem claves ab initio non sint traditæ, hoc casu ne quidem per protestationem, clavium traditionem postea insecutam, liberabitur caupo, nisi viator consentiat. Specul. *in tit. de Furt. n.* 18. Gloss. *in l* 5. *C. de Oblig. & act.* Schneidewin. *ad* §. *ult. I. de obl. quæ qs. ex del. & ibi* Godofr. *in not. margin.* Haud itaque placuerit Duareni *ad Tit. Naut. Caup. &c.* opinio, quæstionem scil. hanc potius facti esse, quam juris, &, siquidem ex conjecturis appareat, eo animo traditas esse claves ab hospite, s. caupone, ne præstet custodiam, illum non teneri; per sæpe enim allegatam *l.* 7. §. 1. *ff. N. Caupon.* requiritur, ut nominatim & expresse caupo protestetur de non suscipienda custodia rerum illatarum, traditioni autem clavium nudæ ac simplici nulla inest protestatio, nisi forte tacita, quæ hic non sufficit. arg l. *itaque ff. de ædilit. edict.* l. 3. §. 1. *ff. de jur. fisc.* l. *videamus* §. 1. *& ult. locati.* vid. Arumæ. *disp. pandect.* 24. *thes.* 8. & Hillig. *in Donell. lib.* 15. *cap.* 42. *lib. C.* Recte proinde Zasius *in ff. tit. N. caupon. Nota*, inquit, *ex clavium restitutione non præsumitur renunciata custodia, ad quam obligatur hoc genus hominum* & Plotus *de in lit. juran.* §. 10. *n.* 10. *Caupo, dando claves Cameræ, non*

libera-

liberatur a custodia. Caute siquidem hic procedendum, quia, ex sententia Veteris Jurisprudentiæ, furacissimum hominum genus, hospites plures claves ejusdem cubiculi sibi comparare non verebuntur, eum in finem ut absente viatore cubicula, clausa quamvis, altera clave reserare & aperire possint, quamvis tamen multo hodie honestius de hospitiis & diversoriis, illustrioribus præsertim, nostra ætate judicetur.

VII.

Ampliatur autem, quod diximus de custodia & cura, quam hospes circa personam, & res viatoris præstare debet I. ut non saltem factum proprium, (communiter etenim quilibet facti proprii semper rationem reddere debet) sed etiam alienum præstare teneatur, v. gr. servorum, & famulorum suorum, neque tantum, si in officio, cui præpositi sunt, veluti coquus in culina, stabularius in stabulo. Lubler. *de incendio cap. 5. n. 60. per* Bald. *in l. 1. §. caupones ff. N. Caupon. &c. l.* 1. *§. familiæ ff. de publican. & l. 5. §. non tn. ff. de institor. act.* Sed etiam si extra officium, contra securitatem viatorum, vel rerum eorundem aliquid admiserint. Farinac. *qu. crim.* 110 *n.* 124. Magon. *decis. Flor.* 3. *n.* 12. *&* 56. aut enim fit hoc ab illis mandato domini s. hospitis, & tum ipse dominus omni jure tenebitur, vel agunt sine mandato, & tum committunt πολυπραγμοσύνην, aliis scil. negotiis extra officium suum se immiscentes, atque sic ex hoc delicto tenetur Dominus ipse per *l. 7. pr.* ff. *N. Caupon. &c.* illud tamen facile Lublero d. l. concedimus, si servi delictum non ad viatoris, sed extranei alicujus damnum redundet, non teneri dominum, addimusque sive in officio, sive extra officium delinquat servus; cessat enim quoad hanc actionem ex jure hospitii ratio singularitatis, quæ est circa

 adve-

advenas, peregrinos vel hospites, neque tamen propterea alia juris remedia hic denegamus. Porro juri haud convenire putamus illorum sententiam, qui docent, si servus vel famulus communi omnium opinione bonus ac probus fuerit habitus, excusari Dominum circa ea, quæ sunt sunt a servo contra jus hospitii admissa Bald. *in l.* 3. §. 1. *verb. ex hoc edicto n.* 2. *ff. Naut. caup. stab.* Zasius *in parat. eod. n.* 9. Stamm. *de servit. pers. c.* 14. *n.* 18 quamvis enim a culpa circa electionem & receptionem talis famuli liberetur, tamen non statim ab actione de recepto simul liberabitur arg. *l.* 1. §. *fin. l.* 2. *&* 3. *pr. &* §. 1. *ff. Naut. caup. stab. junct. l. un.* §. *fin. ff. furt. adv. naut. &* §. *ult. I. de obl. quæ qs. ex malef.* quippe cujus fundamentum est in ipso cauponationis exercitio, quod ad restituendum res receptas indistincte obligat, solo casu fatali & vi majore excepta *l.* 3. §. 1. *ff. naut. caup.* Eo amplius tenetur etiam hospes de facto alieni servi, & cujuslibet alterius, quem in usum suum domi adhibuit. *l.* 7. §. 4. *ff. eod.* adeoque, Carocius *de locat conduct. part.* 4. *rubr de incend. n.* 21. *&* 22. pro cautela ponit, ne hospites mandent, aut committant aliquid famulo viatoris, quia in hoc videntur eligere ejus operam, & magis sibi præjudicare, quam si suomet servo utantur. Imo damnum a quolibet alio in ædibus hospitii datum redundat in hospitem seu cauponem. Bald *ad rubr. ff. N. caup. pr. & n.* 1. Zasius *in parat eod. n.* 7. Christinæ *vol* 5. *decis.* 65. *n.* 24. Bachov. *in prot. ad l.* 1. §. 1. *n.* 9. *ff. Naut. caup.* Ampliatur II. quod de cura hospiti incumbente diximus, ut non tantum teneatur ad custodiam, sicuti depositarius, verum amplius, de culpa etiam levissima præter communem juris normam ac regulam circa res alienas arg. *l.* 3. §. 1. *ff. Naut. caup.* ubi Barthol. & Alex. Bachov. *in prot. ad l.* 1. § 5. *eod. n.* 3. Klock. *vol.* 3. *cons.* 135. *n.* 13. Stypm. *de jur. marit. cap.* 15. *n.* 322. *& seqq.*

Ha-

VIII.

Hactenus dictum de officio hospitis activi in committendo s. faciendo cosistente, jam de officio illius in omittendo s. non faciendo. Eo pertinet I. ne hospitem passivum vel directo vel per cuniculos aut obliquum lædat, damnumve, aut injuriam inferat personæ illius, neque enim imitari debet Lembum Plautinum *in Bacbid. act.* 2. *scen.* 3. aut illum hospitem, de quo habet Lonicerus *in Promptuar. ad 7. præcept.* cujus insidias Conradus de Rosa, Secretarius Maximiliani Imper. puellæ indicio evasit. Major sane & atrocior injuria est. quam hospes patitur ab eo, a quo in hospitium receptus est, quam ab alio. Baldus *in l. cum oportet. 6. in pr. verb. gravius C. de bon quæ liber* Bocer. *class.* 4. *disp.* 4. *th.* 38. *lit b.* Et quamvis non improbabiliter sæpe recedatur a regula, possintque casus evenire, quibus jure hospitio receptus lædatur, abstinere tamen, quantum id fieri potest, ab hac offensione æquius est, debetque potior esse regula Simplicii *in Epictet. c.* 37. καθήκει δὲ μηδαμῶς τὸν ξένον ἀδικεῖν. *Nullo modo violandus est hospes* Adde Christoph Adam Rupert. *ad Valer. Maxim. lib.* 5. *c.* 1. §. 3. nam & odiosus & metuendus est hospitum violator, exemplo, quod exstat apud Niceph. Callistrat. *lib.* 14. *histor. c.* 6. de Eudicio, ad quem cum Eudochius, adversus Constantium Imperatorem rebellionem movens, victus deinde confugisset, Eudicius eum benigne excepit, nocturnis vero insidiis interfecit. cujus caput cum ad Constantium delatum esset, Constantius quidē de facinore hoc gratias ei egit, cum autē manere vellet Eudicius, discedere eum jussit Imperator ex aula, tanquam violatorem hospitii, comprobans exemplo suo vulgatum illud; *Proditionem amo, Proditorem odi.* vid. Tholosan. *Syntagm. jur. lib.* 35. *c.* 5. Lædi autem hospes non injuri-

am tantum inferendo, sed & aliis modis potest; e. gr. si cibi apponantur sanitati noxii, v. g. pisces aut carnes morticinæ, uti a Plautino illo in *Captiv. act.* 4. *sc* 2 factum, vel vinum, aqua plus justo dilutum, nimiumve sulphuratum Cœl. Rhodigin. *lib.* 27. *antiq. lection. c.* 35; noxia enim hæc cuncta sunt humanæ valetudini, sicut & ob cerevisiam haut satis percoctam dici solet; ejusmodi hospitem non esse dignum nomine eines Wein- oder Bierschencken, sed potius eines Weheschencks, sed &, si cibum personarum dignitati non convenientem apponat, læsisse videbitur; neque enim rusticorum cibus competit illustribus, & nobilibus. *c.* 3. *distinct.* 41. Bald. *in l.* 2. *in fin C. quod cum eo &c* meritoque reprehensionem incurrit hospes ille, qui Julio Cæsari pro viridi oleo, conditum apposuit ap. Sveton in *Jul. Cæsare cap.* 53.

IX.

Præterea (2) ne læsisse videatur, non exigendum est nimis avare pretium pro hospitatione, sed necessaria quævis æquo pretio exhibeat, ne devorare divertentes apud se, uti loquitur Rebuff. *ad Constit. Reg. tr. de hospitibus n.* 15. aut rapax, & inhians lucro iniquo dicatur. Chass. *in catal. glor. mund. part.* 11. *Conf.* 46. *in pr.* Bald. *in l.* 1. *n.* 2. *C. locati* a quo cavere jubet, metu maledictionis, Angel. *in l.* 1. §. *caupo autem n.* 4. *ff. furt. advers. naut.* dum *paucos*, ait, *hospites reperiri divites, quia in mendaciis suis non justificabuntur*, eique adstipulatur tritum proverbium: Unrecht Gut fässelt nicht, hat Adlers Federn, und kommt selten auf den dritten Erben. Wehner. *in obs. pract. verb.* unrecht Gut. Optime proinde occurritur fraudibus hospitum, si certum exigendi modum præscribat Magistratus certosq; ponat avaritie limites, ac frenum injiciat eorum technis, quarum ingentem cumulum recenset Scriptor

Hi-

Hispanus, in vernaculam nostram sub Titulo *Picaræ* oder/ der lustigen Land-Störtzerin/ translatus; nec minus de fraudibus cauponum recentissime & singulariter dolet Richter. *in authent. habita C. Ne. Fil pro patr. part.* 1 *fol. m.* 14. & commiserescit quodammodo sortis Studiosorum, in Academiis adhuc versantium, quod non solum a famulis & lotricibus furta sæpe patiantur, sed & a cauponibus vinum eis vendatur aqua mixtum. Sine ullo viatorum diversorumq; gravamine hospitium præberi mandat Deus. *Exod.* 22. *vers.* 21 & *cap.* 23. *vers.* 9. tenditque eo *Reformatio* der Polizey-Ordn. *de anno* 1530. zu Augspurg. *Tit.* von theuer Zehren bey den Wirthen. Solent siquidem hospites, & caupones, sibi, suoque genio relicti, non secundum ferculorum, quæ apponuntur, sed pro conditione & facultatibus advenarum, ac hospitantium pretium hospitationis definire, pessimo quidem more, & minimum ex principiis humanæ societatis, quæ æqualitatem amat, tum operæ, tum expensi ex una, & redhostimenti ex altera parte. Aliud est, siquidem exigui cibi, & potus sit hospes, ac præterea pretii laxamentum desideret; tunc enim, si de cœtero laute sit exceptus, pro more, & consuetudine hospitii, perinde, ac alii robustioris stomachi, symbolam suam solvere tenebitur, juxta vernaculæ nostræ proverbium: Es wird ihm doch für eine Mahlzeit angerechnet Quodsi adhuc iniquum videatur, non inutile fuerit morem sequi, in Galliæ plurimis locis & alibi receptum, ut viatori sive diversori electio detur, pretioque certo certus cibus porrigatur vid Gryphiand. *in Oecon. legal. lib.* 1. *c.* 28. *n.* 55. Denique, quemadmodum (3) viator invitus non est detinendus; sic enim Menelaus ad Telemachum apud Homerum Οδ ο.

Hospitem oportet præsentem diligere,
Volentem dimittere,

quem

quem locum allegat Ælian. *lib. 1. histor. c. 52.* ita nec (4) invitus ejiciendus, forte propter supervenientem alium hospitem. Angel. *in l. unic. ff. furtim adv. naut. c. 24. X. de jurejur.* quippe melior est conditio praeoccupantis, *c. si duo 6. de procurat. in 6.*

X.

Et haec de officio hospitis activi. Officium porro diversoris, seu hospitis passivi haud incongrue in tres classes dispescere licebit, ita ut consistat partim in accessu, partim in commoratione, partim in discessu. Accedens viator ad civitatem, & locum aliquem, haud indigne feret, si, limina ejus ingredi volens, vigiles, publico nomine portis appositos, & ratione officii demandati, rite interrogantes de diversorio, quo usurus sit, certiores reddere, simulq; nomen, & alia, quae mores & usus exigunt, indicare teneatur; id enim plerisque locis, maxime praesidio militari munitis, vel ubi Dominus aliquis territorialis residet, moris est, ut sciatur exacte, quantum humanitatis ratio sinit, viatores qua conditione sint, unde veniant, quorsum tendant, nam & sciri hoc, saepe interest, ne quis forte hostis Reip. aut proditor, vel maleficii notorii reus impune transeat. vid. Maevius *ad jus Lubec. lib. 1. tit. 2. art. 2. n. 20.* Posteaquam porro diversorii tecta subiit, tacite legibus ac moribus ejus se censetur submittere, per ea, quae habet Schneidew. *ad Tit de action. §. 7. n. 19.* proindeque obsequiosum se iisdem praestabit. Assignato itaque praeprimis cubiculo sit contentus. *Novell. 130. c. 9.* Si cui jure hospitium debetur, comitum numerum praeter jus & pacta non extendat. neque comitatum loco. ad quem divertit, minus convenientem secum ducat. Quam in rem nota est historia de Abbate Mürbacensi, cui nomen Herboldus, & qui a proverbio illi usitato, Botz Gudi Gott, dictus est

Gu-

Gudigottus; cum enim tempore Udalrici Württenbergici, Cœnobii Mürbacensis Advocati, Venatores cum canibus venaticis frequenter admodum ibi hospitarentur, Abbas ille cum comitatu quorundam Monachorum Stutgardiam, ubi Aula Württenbergica, profectus, quotidie mensæ aulicæ adfuit, interrogatus autem, nunquid negocii, vel querelarum causa eo venisset, respondit: Botz Gutti Gott, *putavi ego, Mürbaci esse monasterium, ab Imperatore Ludovico, in gratiam religiosorum fratrum exstructum, & fundatum, nunc vero deprehendo, esse stabulum canum; nam Domini mei clementis servuli, qui numellis canes ductant, & ipsi canes ibi stabulantur; non igitur opus est amplius cantu monachorum; satis enim ibi baubantur canes, quamdiu hi in monasterio meo degunt, ego hic in aula manebo. Dominus meus potest me facilius pascere, quam ego canes ejus.* Ad quæ Comes Würtenbergicus subridens respondit: *Vade pater. aufferretur hoc cacoëthes.* uti ex Georg Widemanni *Chronico* refert Magerus *de Advocat. armat. cap.* 10. *n.*301.

XI.

In commoratione ipsa modestiæ laudem captet viator caveatque, ne hospiti, aut familiæ ejus, aliisve diversoribus ullatenus injuriam, offensionem, damnumve inferat. Eum itaque in finem, ne succendiculum rixæ, aut tumultuum in hospitiis præbeatur, in Italia peregrinantes portarum vigilibus ac præfectis arma sua tradere tenentur, quæ abeuntibus illis restituuntur. Camerar. *lib.* 1. *medid.* 47. quod ut laudabile institutum, deprædicat Christoph. Adam Rupert. *in not. ad Valer. Maxim. lib.* 2. *c.* 6. §. 8. Necessario porro hospitio utens ultra tempus, jure, vel pacto præfinitum non permaneat, sin vero nullum tempus præfinitum, vel gratis hospitetur, & ex mero familiaritatis

tis ac officiositatis jure exceptus fuerit, nihilominus in tempore discedat, nec tamdiu moretur, ut hospes Abbatis Mürbacensis, quem modo laudavimus exemplum imitari cogatur, de quo Crusius *annal. Suevic. part. 3. lib. 7. cap. 4.* refert, quod commorantes in cœnobio suo ultra triduum, interrogare solitus fuerit per cubicularium, *num scirent, cur Christus ultra triduum in sepulchro non mansisset?* indicans, ultra triduum non facile apud amicum commorandum; nimia enim mora hominis, alioquin amicissimi, facile bilem in nasum concitat, sicut apud Plautum *in milit. Glorios. act. 3. sc. 1.*

Hospes nullus tam in amici hospitium diverti potest.
Quin, ubi triduum fuerit jam odiosus sit
Verum ubi dies decem continuos immorabitur,
Tametsi Dominus non invitus patitur. servi murmurant

& tritum est illud Germanorum.

Dreytägiger Gast ist eine Last,
Dreytägiger Fisch taugt auf keinen Tisch.

Vide hanc in rem Erasm. *Chiliad. 4. cent. 1. adag. 29.* & Guilielm. Anton. a Freundberg. *de rescript. morator. tit. 7. concl. 43. n. 32.*

XII.

In discessu denique diversor, s. hospes passivus non ingratum se præbeat, & præprimis, siquidem mercenarium hospitium est, caveat, ne curata cuticula, calces ostendat, aut subducat se, antequam hospiti satisfecerit quod quando alias fit Germani vocant: Den Abscheid hinter der Thür nehmen, ceu Virgilianus ille *Æneid. 3.* qui

Linquere pollutum hospitium & dare classibus austrum.

haud erubuit. Quin, dilationem salutem post acceptum beneficium petere, incivile est, nec ferendum; sunt etenim, qui hoc faciunt, sicut *mus in pera, ignis in sinu & serpens in gremio,* uti loquitur Francisc. Vivius *decis. 162. n. 15.*

lib.

lib. 1. Satius itaque fuerit, audire Terentianum illud *in Andria: Symbolam dedit, cœnavit.* Sane in favorem hospitiorum, aleæ cœteroquin vetitæ judicio, ut promptius hospiti satisfiat, experiri inter complures viatores permissum est, quod Germani vocant; Um die Zeche spielen. *l. ult. pr. ff. de aleator.* Et hactenus de obligatione inter hospites utriusq; generis, tam active, quam passive sumptos.

XIII.

Progredimur ad alterum hospitii effectum, actiones nimirum, & remedia juris, per quæ hic vel alter eorum jus suum, ex hac obligatione ortum, possit consequi. Et quidem adhibentur, competuntque hæc remedia vel ante receptionem, vel post receptionem. Quæ ante receptionem adhibentur, ea faciunt vel ad obtinendam eam, vel ad evitandam. Quando quis jure suo recipi petit, & receptaculum illi denegatur, potest nonnunquam agere ex possessorio sum marissimo s. momentaneo. O.C. *part.* 2. *tit.* 21. §. Ob auch in obberührten Fällen 2c. vel ex possessorio ordinario per *l.* 6. §. *1. l.* 8. §. 5 *ff. si servit. vindic.* vel ex petitorio *l.* 2. §. 3. *ff. si servit. vindic. l.* 6. §. *ult. comm. prædior.* vel ex *cap. redintegranda.* 3. *qu.* 1. vel actione de damno & interesse. Decius & Alexand. *in l.* 1. *ff. de precar.* vel actione ad pœnam, privilegio, vel juri, ex quo petitur hospitatio, consentaneam. Clockius *de contrib. cap.* 9. *n.* 673 vel imploratione officii judicis extra ordinem. Jacob. de Bello Visu *in pract. crimin. lib.* 1. *c.* 8. *n.* 43. Peckius *ad l.* 1. §. 1. *ff. naut. caupon. n.* 7. Quin etiam judex, non imploratus, motu proprio curare debet, ut publica hospitia peregrinantibus pateant, tectaque adventantibus præbeantur; ita enim in der Polizey Ordn. zu Augspurg *de Anno* 1548. & in der Würtenb. Lands-Ordn. *Tit.* von Wirthen und Gastgebern. cautum reperitur: das die Ampt-Leute

mit samt den Gerichten jährlich etliche mahl eine gebührende Ordnung machen sollen, wie es mit den Wirthen, Gästen, Mahl und Futter gehalten werden soll. Sed & recusantem inciviliter hospitem potest viator repellere. Panormit. *in c. 6. de immun. Eccles. n. 5.* & propria auctoritate domum intrare. Jacob de Bello Visu *d. l. n.* 47. Vicissim ubi forte hospes activus receptionem jure putet denegare posse, aut, a viatore ultra jus fasque gravari sese, existimet, huic quoque remedia legitima adsunt, tam criminalia, quam civilia. Ad illa pertinet judicium ex Lege Julia de vi publica *l.* 3. §. 2. *l.* 10. 11. *pr. ff. ad l. Jul. de vi publ.* siquidem vim patiatur a diversore. Civilia sunt vel possessoria, vel petitoria, & fere eadem, quæ hospiti passivo competere diximus. Potest etiam extra ordinem implorare officium judicis, imo nonnunquam ipse judex, sine imploratione, receptionem inhibere potest, ex gr. ne quis hospitator recipiat, hospitioque suo dignetur prædones, latrones, furti reos, aut suspectos, meretrices, quo nomine sæpe a Magistratu urbico utilia edicta publice affiguntur. Quin etiam habitator propria auctoritate resistere potest præter fas & æquum hospitium petenti per *l.* 1. *C. quando lic. unic. l.* 3. §. 9. *ff. de vi & vi arm. l.* 1. *C. ut nemin. lic. sine judic.* Quodsi denique monopolium hospitandi alleget aliquis, sibique soli competere privilegium hospites recipiendi prætendat, Bannschencke, Bannwirthschafft, privilegium hoc legitimis defendere modis illi non minus concessum fuerit, ac aliis privilegiatis contra violatores privilegiorum. vid. Reinh. Cüricke. *de privileg. cap.* 10. & 11.

XIV.

Pariter etiam post receptionem jam factam, ut tam hospes activus, quam passivus officio suo rite fungantur, remedia suppeditantur tam ordinaria, s. communia. *l.* 3.

ff. Naut.

ff. Naut. caup. stabul. & ibi Peck. & Vinnius Bacchovius *in prot. comm. ad h. t. rubr. de concursu actionum.* quam extraordinaria, s. specialia, & propria. Ordinaria sunt (1) actio injuriarum, eaque vel civilis, vel criminalis. (2) actio furti. (3) actio Legis Aquiliæ. (4) actio depositi. (5) actio locati, si merces intervenerit. Schneidewin. *ad §. 3. n. 316. l. de obl. quæ qs. ex del.* Carpzov. *part. 2. Constit. 26. defin. 11. n. 5.* Stypman. *de jur. marit. part. 4. c. 15. n. 316.*

XV.

Inter Extraordinaria remedia & propria huic negotio recensemus I. Actionem de recepto, quæ est *Actio in factum prætoria, personalis, rei persecutoria, & perpetua, per quam hospites passivi, s. diversores a cauponarum vel diversoriorum exercitoribus res ab illis receptas, repetere possunt.* Dicitur *actio in factum* expressis verbis in *l. 3. §. 1. ff. Naut. caup.* ibi: *ex hoc edicto in factum actio proficiscitur.* & quidem ideo, quod certo, proprio, & specifico nomine facile designari non possit ob varias hic concurrentes circumstantias, proindeque in factum i. e. juxta sive secundum id, quod factum est, concipitur, adeoque plerisque in locis, cum in factum actio, vel exceptio nominatur, additur: *concepta,* aut *composita. l. 15. pr. in fin. ff. ad leg. Falcid. l. 6. C. de transact. §. 1. l. de exception.* vid. Donell. *ad Tit. de præscript. verb. cap. pen.* Optime hanc in rem Peckius *ad l. 3. §. 1. ff. Naut. caup. stabul. n. 3.* *Cum Legumlatores ingentem casuum diversitatem viderent, ut complecti omnes certis nominibus non possent,* facti *nomine, tanquam communissima designatione omnium, quæ inter homines agerentur, notandos censuerunt.* Est porro hæc actio *Prætoria*, s. honoraria *l. 3. §. 1. & 5. ff. N. C. S.* quia prætoris jurisdictioni non saltem originem, sed formam quoque suam debet. §. 3. *l. de action.* ad *Personalium* vero

 classem

classem pertinet, quia immediate persona adstricta est ad dandum aliquid, & personam nobis obligatam reddit ex qs. contractu. A. Faber & Brunnem *ad l.* 1. *n.* 2. *ff. Naut. c. stab.* Harpr. *ad* §. 3. I. *de obl. quæ qs. ex delict.* Hahn. *ad Wesenb. par ff. N. Caup. stabul. n.* 5. non vero quatenus rem nostram possidet *d. l.* 1. §. 1. *ibi: debeat obligari. ff. naut. C. stab.* Sed & *rei persecutoria* hæc actio quin sit, & per consequens perpetuitatis naturam habeat, nemo hactenus dubitavit *l.* 3. §. 4. *ff. eod.* persequimur enim id saltem, quod ex patrimonio nostro abest. *l.* 35. *pr. ff. de O. & A.*

XVI.

Datur autem hæc actio de recepto contra exercitores cauponæ vel diversorii, proindeque infertur, hanc actionem locum non habere erga illos, qui artem cauponariam non exercent, quamvis aliquando nonnullos recipiant in ædes suas. Vid. Vinn. *in not. ad l.* 1. §. *ait prætor. ff. Naut. caup. lit. A.* cessat namque in his professio cauponaria, & exinde oborta suspicio, quæ præcipuam causam Prætori ad edictum hoc proponendum subministravit; tum etiam, quia hæc actio, singulari jure in odium inducta contra communes regulas juris, Mascard. *de probat. concl.* 833. *n.* 14. *in fin.* non erit contra alios, quam quos ipse Prætor nominavit, extendenda. Vid. Carpzov. I. F. *part.* 2. *const.* 26. *defin.* 19. Magonius *decis. Florent.* 112. *circ. fin.* quibus addantur Gozadinus *consil.* 63. *n.* 14. *& seqq.* & Roland. *Consil.* 95. *n.* 12. *vol.* 2. quamvis in contrariam partem abeat Bartol. *ad l.* 29. *ff. ad* l. *Jul. de adulter.* & *in l.* 36. *de Legat.* 3. ubi utilem ex hoc edicto prætorio actionem concedit contra illum, qui non quidem cauponem & hospitem agit, sed tamen semel tantum, aut raro quem recepit, quo etiam inclinant & tendunt Florianus in *l. si mensor.* §. *hoc judicium ff. si mensor fals. mod. dix.* & Ber-

tazol.

tazol. *lib.* 2. *consil. crimin.* 313. *n.* 1. cum suis asseclis, quos tamen prædictæ rationes facile repellent. Illud porro extra omnem dubitationis aleam positum, dari judicium hoc contra fœminam, cauponam, vel diversorium exercentem pariter, ac contra mares. Bertaz. 1. *Consil crimin.* 68. Neque solum caupones ipsi, sed etiam illorum institores hac actione tenentur *l.* 1. §. 5. *ff. Naut. caup.* & hæredes eorum *l.* 3. §. 4. *eod.* quia est actio rei persecutoria, quæ in hæredes, tam active, quam passive transmittitur. l. 12. l. 49. *ff. de Obl. & A.* l. 152. 157. §. *fin. ff. de Reg. jur.* §. 1. I. *de perp. & temp. action.* Vid. Bacchov. *ad* l. 1. §. 1. *ff. N. caup. stabul. n.* 5. *vers. cæteroquin.* proindeque competere hanc actionem viatoribus atque hospitibus passivis ipsis non solum, sed & hæredibus eorum, probat Peckius *ad* l. 3. §. 4. ff. *N. caup. stab.* Datur denique hæc actio ad id, ut res a cauponibus & hospitibus receptæ restituantur l. 1. *pr.* ff. *eod* tam principales, quam accessoriæ, cujuscunq; sint qualitatis l. 1. §. 6. l. 4. §. 2. *eod.* non secus, ac si equam tibi comodaverim, quam pullus comitabatur, etiam pulli custodiam te præstare debere, veteres responderunt. l. 5. §. 9. ff. *commod.* Gloss. & Bald. *ad* l. 1. §. 5. *ff. deposit.* sive inferentis propriæ, sive alienæ sint res illatæ, & receptæ, dumodo tamen inferentis intersit, res salvas esse l. 1. §. 7. ff. *Naut. caup. stabul* cujuscunque dolo vel culpa res perierint, vel deterioratæ sint. Neque enim obstat l. 6. ff. *furti advers. naut.* ubi asseritur, quod viatorum factum non præstet caupo; agitur enim in illa lege de actione in duplum ex qs. delicto, quæ ex viatorum facto non datur contra cauponem. Gribald. Regius *lib.* 2. *Enant. cap.* 7. Besold. *in delibat. ad Tit. Nautæ caupones n.* 25. Pacius *cent.* 7. *qu.* 57. Hillig. *in Don. lib.* 15. *cap.* 42. *lit.* N.

XVII.

Secundum Hospitationis negocio proprium remedium

um est *Actio in factum prætoria, personalis, pænalis, & perpetua, quæ competit hospiti passivo s. viatori ob damnum ipsis in caupona s. diversorio illatum ab illis, qui ibi habitandi causa commorantur, vel operarum præstandarum gratia adsunt contra hospitii exercitorem in duplum.* § *ult.* I. *de obl. quæ qs. ex delict.* l. 5. §. *fin.* ff. *de Obl. & A.* l. 6. §. 3. l. *ult.* ff. *naut. caupon.* & quidem, si plures unum diversorium exercent, contra singulos pro rata l. *fin.* §. 5. ff. *Naut. caup.* nihil in contrarium nitente l. 1. §. 2. *de exercit. act.* cui respondet Peckius *ad d.* l. *fin.* §. 5. *n.* 1. & addatur Paulus Busius *ad* l. 24. *ff. pro socio* & A. Faber. *in rational.* Differt hæc actio à priori (1) quod detur saltem ob damnum a certis personis illatum, ab illis nempe, qui in diversorio habitant, vel ab aliis quoque, quorum opera utitur hospes, non tamen, si proprii hospitis servi damnum dederint. l. *fin.* §. 4. ff. *naut. caup.* neque enim sponte hos recipit, sed coactus domestica hæc mala ferre necesse habet, quia servis carere non potest, vel non sine ingenti incommodo, proindeque ex delicto eorum adeo teneri dominos, indignum foret l. *un.* §. 5. ff. *furti advers. naut.* Bacchov. *in prot. ad* l. *fin.* ff. *naut. caupon. stabul.* Tabor. *racem. crimin.* 7. *thes.* 17. ex pari ratione etiam, si uxor vel liberi hospitis damnum inferrent, hac actione non tenebitur hospes *arg. dd. ll. &* l. *un.* §. *f.* ff. *furt. advers. naut.* quia nec hos repellere potest ex ædibus suis paterfamilias, proindeque venia de horum delicto aliquatenus dignus censebitur (2) differt hæc actio a priori, quod illa sit rei persecutoria, hæc vero pænalis; persequimur enim id, quod patrimonio nostro non abest, id quod pænalium actionum proprium est §. 18. I. *de action.* junct. l. *f.* §. 1. ff. *n. caupon.* & est pænalis ideo, quia oritur ex qs. delicto cauponis s. hospitis §. *ult.* I. *de obl. quæ qs. ex del.* l. 5. §.

ult.

ult. ff. *de O. & A.* cum diligentissime explorare debeat, cujus fidei vel innocentiæ sint, quos recipit ad habitandum, vel ad operas præstandas in gratiam, & usum viatorum. Vid. Capell. Tholos. *decis.* 195. Ludwell. *disp. ad Inst.* 15. *thes.* 13. *lit. H.* & Joh. Philippi *obs.* 2. *decis. Saxonic.* 79. *n.* 63. *& seqq.* imo amplius, quamvis nullam in electione eorum culpam admiserit caupo, vel culpa ejus nullatenus probari potuerit, eo ipso, quo illi, quos elegit & in ministerium suum recepit, delinquunt, ipsemet caupo culpæ reus censetur aliquatenus Bacchov. *in prot. ad Tit. naut. caup. rubr. de action. ex ys. delict. n.* 1. cum alias dominus ex facto servi non teneatur, nisi culpa ejus circa electionem servi admissa probata fuerit. l. 27. §. 9. *&* 11. ff. *ad leg. Aquill.* Mevius *ad jus Lubecens. lib.* 3. *tit.* 8. *art.* 1. *n.* 26. Est porro hæc actio pænalis in duplum. l. 7. §. 1. ff. *naut. caup.* l. 1. §. 2. *furt. advers. naut.* ita tamen, ut illud duplum non sit totum pæna, sed rei persecutionem in se contineat, atque sic non mere pænalis actio dicenda erit, sed mixta, qualis est actio vi bonorum raptorum, Legis Aquiliæ §. 19. I. *de action.* vid. Coll. J. Arg. *ad h. t. n.* 21. Tabor. *racem. crimin.* 7. *thes.* 27. *&* 31. ubi non sine ratione in dubium vocat, quod, hanc dupli petitionem, ex mente & doctrina *Vinnii, Grönwegen, Gudelini,* & aliorum, contraria generali consuetudine esse sublatam, & in meram rei persecutionem conversam, asserere velint, cum potius tractationem hujus materiæ utilem & quotidianam dixeris cum H. Stamm. *de servit. person. lib.* 2. *c.* 14. *n.* 19. Illud singulare est in hac actione, quod sit perpetua. l. 7. §. *ult.* ff. *naut. caup.* cum regulariter prætoriæ actiones pænales anno finiantur. *pr.* I. *de perpet. & temp. act.* l. 35. *pr.* ff. *de Ob. & A.* contra hæredes vero non datur §. *ult.* I. *de obl. quæ qs. ex del.* l. *fin.* §. *f.* ff. *naut. caup.* atque sic in

hoc

hoc actionum pœnalium indolem ac naturam retinet. *l. un. C. de delict. def. hær. l.* 164 *ff. de R. I. l.* 26 *ff. de O. & A.* Datur denique hæc actio saltim, si in diversorio delictum commissum sit, non si extra illud. *l.* 7 *pr. ff. Naut. Caup.* & quidem ob damnum, rebus viatorum illatum, non vero ob alia delicta, v. gr. si injuriis affectus viator *l.* 5. § *ult. ff. de O. & A.* Bossius *tit. de furt. advers. naut. n.* 2. Bertazol. 1. *Consil. crim.* 68. *in addit. lit. A.*

XVIII.

Licet itaque Prætor Romanus pro sua, qua polluit, potestate non facile, nisi deficientibus civilibus remediis, succurrere solitus per *l.* 1. *&* 4. *de præscript. verb.* binas tamen h is actiones, de quibus hactenus sermo nobis paulo amplior fuit, edicto suo singulari adversus caupones & hospites proponere, atq; sic eo majorem peregrinorum, ac diversorum curam gerere, quo uberior ex frequentia eorum in publicum solet redundare utilitas ac emolumentum, duplex præprimis causa eum commovit (1) ut reprimeret hujus generis hominum undique ferme decantatam improbitatem. l. 3. §. 1. *Naut. caup. stabul.* Neque enim solum apud alias gentes turpiter violatum fuit hoc hospitii jus vid.. Berneg. *ad Tacit. de morib German qu.* 125 sed etiam apud ipsos Romanos teste Ulpiano JCto *in l.* 1. § 1. *ff. Naut. Caup.* ibi; *cum ne nunc quidem abstineant ab hujusmodi fraudibus* Et Peckius *ad h. l. Hominum hoc genus,* inquit, *adversus bonam fidem & jus gentium cum furibus contra eos, quos recipiunt, sepe numero coivisse, multorum calamitate evidentissimum evasit.* Nec Horatius unquam ferme cauponum mentionem facit, quin continuo perfidiæ notam adjiciat, uti *lib.* 1. *satyr.* 5. *& alibi passim* Vilitatem quoque ac avaritiam eorum describit Plato *lib.* 11. *de legib.* adstipulante Aristotele *lib.* 7. *polit c.* 9. ἀγεννὴς, inquiens

quiens de caupone, *καὶ πρὸς ἀρετὴν ἐπεναντίως τοιοῦ, τος βίος.* (2da) Causa, quæ Prætorem ad tam asperam, & singularem plane contra caupones dispositionem induxerit, est occasio contrectandi res viatoris, s. diversoris, quam capillatam semper habent caupones, *l.* 1. §. 1. *ff. Naut. Caupon.* quæ quidem omnibus modis submovenda est. *l. pen. C. de latin. libert. toll.* Et quamvis proinde prima edicti propositi causa cesset in hodiernis nostris hospitibus, viris plerumq; integræ famæ, ac vitæ, & nonnunquam in dignitate collocatis, tamen illa causa fuit saltem impulsiva, cujus cessatio, & absentia non tollit legem. DD. *ad l.* 1. §. 5. *ff. de postulan.* Gloss. & DD. *in c. cupientes in pr. verb. periculosis de Election. in* 6. & faciunt, quæ habet Wesenbec. *in par. ff. de pact. n.* 8. *circ. fin.* neque statim, una cessante causa, cessat quoque altera, occasio nempe delinquendi & invadendi res viatorum s. diversorum, quippe quæ innocuæ alias probitatis viros ad quævis mala perpetranda perducere solet, ideoque nec ipsius legis dispositio protinus negligenda, deficiente quamvis una causa aut ratione legis, per ea; quæ habet Everhard. *in locis legal. loco a cessatione rationis n.* 5. Neque destruere hactenus poterit valorem hujus edicti prætorii quod dicitur in *l.* 16. ff. *de minor.* ei, qui ordinario s. civili auxilio tutus est, non debere tribui extraordinariam, s. prætorium; vulgo siquidem DD. hoc ita temperant, si pinguius, & uberius sit extraordinarium ordinario, illud per hoc impugnari ac repelli minime posse. Bartol. *in l. fin. C. si advers. rem jud.* & *in l.* 3. *ff. de oper. nov. nunciat.* Costalius *in l.* 9. *ff. de edend.* Sfort. Oddo *de restit. in integr. qu.* 17. *art.* 12. Roman. *Consil.* 220. *col.* 7. actiones autem has prætorias longe pingiores esse actionibus civilibus, locati, depositi, & aliis, quæ viatoribus competere possunt, id vero ex collatione

earum cuilibet facile patefcet. Illud faltem ultimo hic adjiciemus, non cumulative, fed elective, uti loquntur DD. omnes has actiones, quas competere diximus ad res fuas repetendas diverforibus, concurrere, ac fe invicem tolerare, fed oppido præcavendum, ne idem ex eodem refpectu bis petatur, ideoque vel officio judicis, vel doli exceptione repelletur, qui una actione fuum jam confecutus, aliam nihilominus intentare cupit, neque enim tunc fimiliter ad aliam ei progredi amplius licebit *l. 3. in fin. ff. Naut. caup.* & ibi Peckius, & Vinnius *in notis* Bachov *in Comm. ad eund. tit. rubr. de de concurf. action.* C. I. A. *lib. 4. tit. 9. n.* 16. duæ fiquidem vel plures actiones, ad unum finem tendentes cumulari nequeunt *l.* 34. §. 1. *ff. de Obl. & A. l.* 47. 50. *ff. pro focio.* v. gr. in furto, rei vindicatio, & condictio furti, quia utraque ad rei perfecutionem tendit, itē in legatis rei vindicatio & actio ex teftamento; ex diverfo autem, actiones de una eademque re competentes, fed ad diverfos fines tendentes, v. gr. quando una ad rei perfecutionem, ad pænam altera tendit, cumulative jungi queunt, uti textus elegans in l. 12. *C. de furt.* add. *l.* 54. §. 3. *ff. de furt.* l. 34. § 2 *ff. de Obl. & Act.*

XIX.

Tertium extraordinarium remedium eft illud momentanei & citisfimi judicii genus in favorem peregrinorum inductum multisq; in locis receptum, quod vocatur das Gaftrecht, quando in gratiam divertentium fummarisfima via proceditur, levato velo, brevisfimis præfixis terminis, & nonnunquam de die in diem, von einem Sonnenfchein zum andern. Vide Befold *in thefaur. pract. verb.* Gaftrecht. Wehner. *in Obferv theor. pract. ead. voc.* Mævius *ad jus Lubec. lib. 3. tit. 1. art. 1. n.* 42. 51. *& feqq.* Solent etiam (4to) ftatutis locorum certæ mulctæ confti-

tui

tui in ipsos hospites s. caupones pro qualitate delictorum in hospitio, caupona vel taberna potatoria admissorum, qualia quidem statuta pænalia si reperiantur, etiam hoc remedium extraordinarium peregrinantibus & diversoribus non denegabimus. Mæv. *ad jus Lub. l.* 4. *tit* 8. *art.* 6. *n.* 2. Quintum extraordinarium, non quidem soli hospitationis negocio proprium, nec tamen nimis commune remedium est jus tacitæ hypothecæ & prælationis, quo gaudet hospes activus in bonis & rebus a diversore in hospitium & diversorium illatis arg. l. 5. *&* 6. *ff. qui potior in pign.* Schneidew. *in §. extraneis* I. *de Hæred. qualit. & differ* Neguzan. *de pign. part.* 2 *membr.* 4. *n.* 141. Ejus generis remedium est VI. jus retentionis, quod habet idem hospes in iisdem bonis pro modo scil debiti, in hospitio contracti. Bartol. & Bald. *in* l. *certi C locati.* Rebuff. *in tr. deliter. oblig. art.* 4. *gloss.* 2. *n.* 31. sive pro hospitatione diurna, nocturnave, sive de aliis expensis, pro viatore, quatenus tali, & occasione hospitationis factis, satisfiat per *l.* 1 §. 9. l. 5. §. 4. *ff. de his, qui dejec. vel effud.* l 2. *pr ff. ad* l. *Rhod* Mol. *de jur. retent. qu.* 86. Pyrrh. *ad consued. Aurelianens. tit. de execut. ex locat. c.* 7. Coler. *de process. execut. part.* 1. *c.* 2. Peck. *de jur. sistend. c.* 3. §. 2. Carpz. *Jurisp. For. part.* 2. *const.* 25. *def.* 22. *n.* 4. *& seqq.* Mæv. *de arrest. c.* 6 *n.* 41. & *ad jus Lubec. lib.* 3. *tit.* 8. *art.* 16. *n.* 8. quod quidem in ipsa sorte omni dubio caret. Sed an ex mora non soluti ejusmodi debiti usuræ etiam debentur? Jenenses negarunt, referente Richtero *decis.* 74. *num.* 78. Neque tamen abutatur hoc retentionis jure caupo. vid. *l.* 33 *ff. de usur.* ut si vestibus spoliare viatorem, aut ea detrahere velit, quibus amissis, vitæ discrimen incurrere posset, per *l. pen.* & ibi Bartol. Jason., & Glossa *ff. de bonor cession* l. 6 *ff. de pignor.* Qua ratione Parisiis Senatus hospitem aliquando cum uxore

damnavit, quod diverſori veſtimentum detraxiſſent nimio frigore poſtea mortuo. Renat Choppin. *de morib. Pariſ. lib.* 3. *tit.* 3. § 11. & ſimile exemplum recenſet Morn. *ad l.* 14. *ff. de præſcript. verb.* & ex eadem cauſa in Parlamento Pariſienſi ad emendam condemnatus hoſpes quidam, Serv. *vol.* 2. *des playdoyes c.* 23. VII. Hoſpiti ſive cauponi quoq; licet adhibere remedium ſequeſtrationis Franc. Curt. *tr. de ſequeſtr. qu.* 2. *n.* 30. *&* 60. *verſ. dec. tertio quæro. &c.* uti etiam VIII. remedium arreſti Berl. *part.* 1. *concl. pract.* 73. *num.* 102. & denique IX. ipſam perſonam hoſpitantem non ſolum detinere, ſed & ob metum fugæ, carceri includere, donec ſolvat, poteſt. Richter *dec.* 77. *n.* 39. Beſold. *Theſ. pract. verb.* Arreſt.

XX.

Quodſi itaque ex his actionibus & remediis, hactenus a nobis enarratis aliquod intentetur, in ipſo proceſſu obſervabit judex, attendatque non ſolum, quid petatur, excipiatur, ſed etiam quid probatum ſit, cum potisſima judicii vis ac robur in probatione conſiſtat. *c. ſolennitates. diſtinct.* 1. *de Conſecratione l.* 30. *ff. de teſtam. tutel.* l. 77. *ff. de contrah. empt.* l. 17. *in fin. ff. de in diem addict.* Inter cæteras vero probationum ſpecies, & quidem extraordinarias, eſt juramentum, quod cum, *juxta vulgata*, triplex ſit: voluntarium, neceſſarium & judiciale; neceſſarium quidem regulariter judex non defert, niſi intentio affirmantis ſemiplene fuerit probata Hahn. *in obſ. ad Weſenb. de jurejur. n.* 10. At vero hoc fallit in noſtra materia; nam viatoris juramento, rem in hoſpitium illatam, indiſtincte creditur, etiamſi ne ſemiplene quidem probaverit, ſicut vicisſim cauponis juramento creditur, quod res illata ſua ſuorumq; culpa non ſit amiſſa, modo de bona cauponis fama conſtet. Baldus *in* l. 1. *C. locati.* Tiraqell. *de pœn. temper cauſ.* 51. *num.* 51. Angel. *de malef. in verb.: quod fa-*

tem-

*ma publica n.*107. qua si careat, præsumptio erit contra cauponem, per ea, quæ habet Berlich. *decis. 66. n*, 8. *&9.* & Chass. *in catalog. glor. mund. part. II. cons* 26. *pr.* ubi titulum in ff. de *Nautis, cauponibus, stabulariis* communiter vocari asserit *Titulum de tribus furibus*, Add, Gutier. *pract. qu. lib.* 1. *qu.* 137. Nold. *de Nobilit. c.* 22. *n.* 31. Menoch. *Cons.* 666. *n.* 10 *& seqq.* adeo, ut absque aliis indiciis & ipsum, & domesticos familiaresq; ejus torqueri posse putet Bartol. *in* l. *un.* §. *servi n.* 5. *ff. furt. ad. vers. naut.* Farin. *de indic. & tortur. lib.* 1. *tit.* 5. *qu.* 37. *n.* 157. quod tamen recte improbat Gryphiand. *in Oecon. legal. lib.* 1. *cap.* 28. *n.* 100. & ordinariæ pariter viæ hic insistendum, neque sine sufficientibus indiciis ad torturam deproperandù, æquius existimat per l. 1 *& l. fin.* ff. *de quæstion.* quo tendunt quæ habet Roland. a Valle *cens.* 12. *n.* 31. *vol.* 3. imo quæ de mala præsumptione, qua hospites & caupones de jure Romano laborant, diximus, iterum in hodiernis nostris paulo, & sæpe multo honestioribus locum non invenient vid *thes.* 18 *hoc cap.* Sed jam porro quæstio incidit de quantitate, qualitate, & æstimatione rei deperditæ, cuinam hac in parte credendum; hospiti, an diversori ? Et siquidem res ex bulga, sive vallisia sit amissa, & probet deponens, vallisiam traditam fuisse sigillatam, vel clausam locus erit juramento diversoris in litem, quo rem deperditam æstimare juxta naturam hujus juramenti poterit. Clarus *lib.* 5. *sentent.* §. *furtum vers. pro complemento hujus materiæ.* Jas. *in l* 5. ff. *de in lit juran. n.* 41. Caroc. *de deposito rubr. de in lit. jur. num.* 6. Speid. *in specul voce* Wirth. *n.* 530. Dolus enim cauponis ex redditione vallisiæ resignatæ, quam clausam receperat, præsumitur. Bald. *in rubr. C. depositi in pr.* Bartol. *in l. in actionib. n.* 23. ff. *de in lit jur.* Masc. *de probat. concl.* 507. Paris. *cons.* 74. *n.* 3. Quodsi vero signata

nec corrupta adhuc reddatur vallisia, aut ex se facile dissigillari potuit, aut dissilire, cessat hoc juramentum. Bart *in l.* 1. ff. *furt. advers. naut. n.* 3. Schneidew. *ad tit. Inst. de oblig. quæ qs ex del.* § 3. *n.* 5. Menoch. *de A.I.Q. lib.* 2. *cas.* 208. *n.* 26. *& seqq.* & juramentum diversoris, vel etiam cauponis sive judiciale, sive necessarium defectum probationum supplebit. Non tamen ad extraordinaria ejusmodi media pronus adeo dilabatur judex, sed circumspecta prius mentis acie cuncta perspiciat, prout monet Men. *d.l.* Quid enim, si pauperculus aliquis, cujus angustissima domi res satis cognita. pecuniæ summam, conditioni suæ parum convenientem, in hospitium detulisse, asserere præ fracte ausit, equidem iniquius foret, juramento ejus fidem protinus habere, iniquissimum vero torturæ judicium. Vid. Peguera *decis.* 45. *in addit.* & Bonifac. *de furt. n.* 31. ideo omnia prius humaniora, & faciliora ad veritatem deveniendi media prudenter adhibere noverit judex quam ad extrema ista veniat. Decantatum non minus, ac laude dignum insigne talis prudentie specimen suo tempore edidisse refertur Rudolph. Imp. cum enim Norinb. aliquando commoranti illi mercator conquestus esset de hospite suo, sacculum ducentis argenti libris repletum se se ei commisisse, hospitem vero diffiteri factum, nec testimonio præsenti posse convinci, astu prius rem aggressus Imperator, pileum primo accusati hospitis cum alio quodam commutari jussit, mox alterum hunc ad hospitium ablegat, quique hospitæ, opus habere maritum sacculo nuper sibi a diversore tradito, nunciat atque in rei fidem mariti pileum illi ostendit. Hospita, fidem hominis secuta sacculum ei tradit, quo ad Imperator. delato, convictus perfidiæ hospes ingenti pecuniæ sum̃a multatus est. vid. Lehman. *in Chron. Spirens. c.* 109. Lipsius *monit. polit. lib.* 1. *c.* 9. *monit.* 3. *n.* 3. Vernulæ *de virtut. Aug. gent. Austriac. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 6.

Cap.

CAPUT ULTIMUM.
DE CONTRARIIS HOSPITIORUM
I

VIdimus hactenus jus hospitii quomodo constituatur & conservetur, jam inquirendum, quænam illi ad versentur, illudque destruant. Tala oriuntur vel a parte illius qui recipit, s. hospitis activi, vel qui recipitur s. hospitis passivi, vel à neutro illorum, sed ex alia causa aliqua externa, & accidente.

Contraria hospitationis quotuplicia.

II.

A parte illius, qui recipit, contrariatur juri huic I. vitium illud, quod vocatur ἀξενία, inhospitalitas, quam Cicero vitium animi appellat, quo quis ab omni peregrinorum conversatione prope est aversus, Timonis exemplo, quem Μισάνθρωπον appellarunt. Eam vero definit Tullius quod sit opinio vehemens, valde fugiendum esse hominem, eaque inhærens, & penitus insita. Atque hoc vitium non tantum quibusdam privatum est, sed etiam populis sæpe, & universæ genti, adeo, ut quamvis non plane ab exteris & peregrinis abhorreant. ægre tamen eos recipiant, uti de Spartanis ap. Alex. ab Alexand. *genial. dier. lib.* 4. *c.* 10. dicitur, quod fuerint δειρινόξενοι. & de Moschis Sigism. Baro Hersterstelnius *in Histor. Moschov.* quod neminem facile peregrinum admittant, testatur, deq; Chinensibus Maffejus *in histor. Indic. lib.* 6. II. adversatur admodum hospitationi a parte recipientis, quando recipiens non est instructus rebus ad hospitationem necessariis puta, commodis ædibus, cubiculis pluribus, lectis, linteamentis. stabulo. pabulo. &c. III. adversantur hospitalitati & hospitii juribus mores hospitis, bene habendis diversoribus parum congruentes, v. gr. si sit morosus, rixosus, adeoque indolis, aut genii ad hospitandum minus apti,

Contraria hospitationis a parte hospitis activi.

aut

aut si alio morbo animi vel corporis sontico, naturali vel civili, laboret, qui imparem eum officio, & curis ejusmodi sustinendis reddat. Prævia proinde ingeniorum æque, ac corporum & facultatum scrutinia ut instituerentur publica auctoritate de iis, qui hospitia adornare intendunt, non parum & publico, & privato hominum commodo conduceret.

III.

Impedit quoque a parte recipientis hospitatio activa aliis, cœteroquin ejusdem civitatis jure utentibus, si sc. quis solus diversorii jus acquisiverit speciali privilegio per *l.* 13. ff. *comm. prædior.* Berlich. *decis.* 5. *n.* 4. Cephal. *cons.* 328. *n.* 23, 24. *lib.* 3. Mævius *ad jus Lübec. l.* 3. *tit.* 12. *art.* 12. *n.* 13. Quod annon monopolii vitio laboret? quærat aliquis; Distinguunt autem, quod concedens tale privilegium aut agnoscat superiorem, aut non agnoscat. Priori casu, vix est, ut sine superioris consensu valeat. Covarruv. *in regul. malæ Fidei possessor.* §. 4. *n.* 7. Hondedæ: *vol.* 2. *part.* 5. *cons.* 84. *n.* 57. Posteriori dubium non est, quin robur habeat hujusmodi privilegium, quemadmodum & similia, cum talia concedere, ad Majestatem præcipue spectet. Grotius *de jur. b. & p. lib.* 2. *c.* 12. §. 16. maxime ad augendum ærarium. Faust. *Consil. pro ærario* 141. *class.* 16. modo privatis nullum, aut exiguum saltem damnum afferat. Theod. *Colleg. crimin disp.* 9. *thes.* 2. *lit. B.* Ahasv. Fritsch. *de Monopol. c.* 6. *n.* 13. *& c.* 8. *n.* 12. qvæ enim modici damni sunt, publica, ut *Tacitus* ait, utilitate rependuntur. Sed & statuto potest qvis hoc jus hospitandi privative cum exclusione aliorum acqvirere, si ea res sit in potestate statuentium. Ceph. *cons.* 556. *vol.* 4. similiter inveterata consvetudine, qvæ hominum memoriam excedit. *per l.* 1. §. *ult.* ff. *de aq. & aq. pluv. arc. l.* 3. §. *ductus*

aquæ

aquæ ff. *de aq. quot. & æstiv.* A. Faber. *in C. ad h. t. def. un. n.* 2. Cravet. *consil.* 861. *vol* 5. Cephal. *cons.* 357. *n.* 26. *&* 27 *lib.* 3. Carpzov. *de lege Regia c.* 6. *sect.* 9. *n. ult.* quin & legitimi temporis præscriptione. v. gr. si alicui, per legitimum tempus, nempe 10. aut 20. annos, prohibuerim recipere hospites, & ille prohibitioni ejusmodi acquieverit Jason. *in l quominus ff. de Flumin. n.* 27. 28. Balbus *de præscript.* 4. *part.* 5. *part. pr. qu.* 705. Joh. Baptist. Costa *de scient & ignor. distinct.* 3 *n.* 2. & hæc præscriptio habet vim privilegii, imo longe præstantior & firmior est privilegio expresso. Cravett. *de antiq. tempor. part.* 1. *v.* 1. *n.* 40. & pro veritate indubitabili habetur. Mascard. *de probat. concl.* 1214. *n.* 81. Atque his casibus ubi soli alicui privative competit jus hospites recipiendi, peregrinis ac divertere volentibus alia diverticula regulariter prohiberi quoque possunt, quippe quæ in fraudem illius juris fiunt, maxime si, uti plerumque fieri solet, jus illud hospitandi onere aliquo alio, aut ære redemptum fuerit, vel quotannis ad certam præstationem in publicum obligatus sit hospes, veluti si peculiariter solvere ærario teneatur Ohmen-Geld, Fleisch-Zinse, Bier-Steur, Zapffen-Geld, rc.

IV.

Porro adversatur & contraria est tertiæ hospitationis immediate necessariæ speciei de qua *cap.* 3 § 9. diximus immunitas ab hospitationis onere, sive illa hospitatio necessaria civilis s. togata sit, sive militaris. Nemini quidem ejusmodi immunitas regulariter competit. l. 2. *C. de munerib. patrim.* Mundius *de muner. & honor. cap.* 2. *n.* 57. *&c.* Gail. 2. *obs.* 52. *num.* 12. nisi specialiter ab illo onere exemptus reperiatur. Choppin. *de privil. rusticor. lib.* 1. *c.* 2. P. Christinæ. *decis. Belgic. vol.* 5. *decis.* 41. speciali

ali enim reſcripto, & privilegio indiget hæc exemptio. Klock. *vol.* 1. *conſ.* 24. *n.* 9. *& de contribut. cap.* 15. *n.* 118. *& cap.* 16. *ſect* 1 *n.* 49. Mynſing. *cent.* 4. *obſ.* 70. Exemptio autem hæc reſpicit vel perſonas, vel locum, Perſonæ quibus hoſpitatio ejusmodi neceſſaria imponi nequit, ſunt (1) Clerici, *l.* 1. *C. de Epiſc. & Cler. c.* 1. *de immun. Eccleſiar.* (2.) dignitate quadam præfulgentes uti conſulares, ſenatores, &c. de quibus omnibus vid. Walther. *in Eunom. metat. c.* 8. (3) Profeſſores literarum, & DD. legum, Principum itidem & Rerumpubl. Archiatri. l. 10. §. 2. *ff. de vacat. mun. l.* 6. C. *de profeſſ. l fin.* C. *eod. l.* 8. C. *de metat.* An & Poëtæ? quamvis dubium videatur per *l.* 3. C. *de profeſſ.* tamen textum illum in favorem Poëtarum explicat Arumæus *de Comitiis cap.* 6 *n.* 66. Quia vero hæc immunitas perſonis conceditur, ideo domus, quas illæ perſonæ inhabitant, tantum immunes ſunt, non vero aliæ ædes, quæ in illarum dominio aut poſſeſſione ſunt, aut alio modo ad eas pertinent. *l* 13. C. *de epiſc. & cler.* l. 5. C. *de SS. Eccleſ.* Gilken. *ad l.* 11. C. *de SS. Eccleſ.* Ohmius *de juriſd. Epiſc. th.* 18. *lit. S.* indeque A. Faber. *in Cod. ſuo Tit. de muner & honor.* recte diſtinguit inter ædes canonicales, & Canonicorum. Quæſtio autem hic moveri poteſt, An cui generaliter conceſſa eſt immunitas ab hoſpitatione hac, nihilominus pro rata debeat contribuere ad ſuſtentationem adventantium hoſpitum? Diverſæ ſunt hac de re opiniones. Negativam tenent Natta. *Conſ.* 150. *n.* 5. Surdus *Conſil.* 289. *n* 11. Gailius 2. *obſ.* 52 *n.* 16. Verum rectius alii affirmativam defendunt per *l.* 9. *C. de metat.* Bertrand. *Conſ.* 57. *lib.* 3. *part.* 1. Rövenſtrunck. im Bedencken von Anlagen. *n.* 468. Privilegia enim ita intelligenda & applicanda, ne juri tertii præjudicent, indeque illam immunitatem gene-
raliter

raliter ita concessam restringenda ad hospitationem personalem, non vero ut plane aliquis liberetur cum damno aliorum, proindeque, si 100. hospitandi sunt & 10. cives loci illius immunitate gaudeant, tantum illi tenentur concivibus cæteris solvere, quantum supra portionem, illis alias, si nullus immunis esset, competentem, erogare tenentur. Quodsi tamen expresse absoluta & omnimoda immunitas alicui concessa, non tamen præsumitur, Principem velle, ut reliquis subditis onus accrescat, sed publico potius ærario præjudicare hoc privilegium per *Novell.* 43. *cap.* 1. l. 2. § 16. *ff. ne quid in loc. publ. l.* 5. *C. de annon: l.* 4. *C. quemadm. civ. mun. l.* 12. *ff. ad SC. Trebell. l.* 6. §. 2. *de jur. dot.*

V.

Contraria hospitationis a parte hospitis passivi.

Sed sicut a parte recipientis multa hospitationi contraria, & adversa deprehenduntur, pariter quoque a parte recipiendi hospitis passivi s. diversoris ea existere, non diffitebimur, uti enim illius, sic hujus quoque genius potest alienissimus esse ab officio hospitalitatis, si nempe est rixosus, nimius officii hospitalis exactor, aliisve modis intolerabilis. De quo si hospes activus conqueratur, atque imploret officium judicis, hic impertiri illud debet cogendo diversorem, ut vel caveat de non molestandis indecore aliis convivis aut ipso etiam hospite, ejusve familia, vel mutet hospitium. Jason. *in l. quod jussit.* 14. *n.* 17. *ff. de re judic.* uti pluries se practicasse scribit Francisc. de Aviles. *in exposit. Legum Prætor. Hispan. cap.* 2. *n.* 14. Idem est si morbo contagioso laboret diversor. Speckhan. *cent.* 1. *qu.* 10. *n.* 10. Carpzov. *Consil. Elector.* 105. *tit.* 10. *lib.* 6. vel si talis est, quem Lex & jura hospitio recipere vetant, ut pote beneficio hoc & consortio civili penitus indignum. Tales sunt alea-

tores. *l.* 1. *ff. de Aleator.* quorum ſuſceptores dicuntur *ταβλοδοχοὶ in libb. βασιλικῶν.* & omni odio cenſentur digni. Berlich. *deciſ.* 66. *n.* 7. Ad hanc hominum claſſem quoque pertinent infames. *arg.* der Reuter Beſtallung. *de* 1570. *art.* 79. publico ſ. privato crimine notati. Hahn. *ad Weſenb. ff. de receptator.* Hæretici. Soto *lib.* 1. *de juſtit. & jur. qu.* 6. *art.* 6. *col.* 6. *in fin.* Menoch. *de A. I. Q. caſ.* 374. *n.* 13. Fures. l. *eos. C. de Furt.* Latrones *l.* 1. *&* 2. *C. de his, qui latron.* Tuſch. *concluſ.* 47. *lit. R.* P. H. O. *art.* 126. Bart. *in l.* 28. §. 13. *n.* 1. *&* 2. *ff. de pœn.* Abigei. l. 3 *ff. de Abigeis.* pacis publicæ rei. Landfrieds-Ordn. zu Worms *de Anno* 1521. *tit.* Friedbrecher und Thäter nicht zu hauſen. Rebelles, ausgetretene Unterthanen *R. I. de Anno* 1512. *tit.* von GOttes-Läſterern, §. und nach dem ſich. *& de Anno* 1555. §. als ſich denn auch zu vielen mahln. Banniti. Damhoud. *in prax. crim. cap.* 118. *&* 136. & qui pro bannitis habentur, uti Cingari die Ziegeuner Ordin. Pol. *de Anno* 1576. *tit.* derjenigen halber, ſo ſich Zigeuner nennen. 28. Schonborn. *Polit. lib.* 2. *c.* 10. Circumtoranei & vagi milites. Rottierer, Herrenloſe Knechte, Garten-Brüder, Landſtreicher. *R. I. de Anno* 1555. §. So haben wir *cum ſeqq.* Conſtit. pac. publ. *Anno* 1548. §. wo ſich auch *R. I. de Anno* 1596. §. damit dann hinfuhro Becht *de ſecur. publ. cap* 4. *n.* 133. Mager. *de Advoc. armat. c.* 8. *n.* 74. Gail. *lib.* 1. *de pac. publ. c.* 4. *n.* 36. *& ſeqq.* Qui itaque ejuſmodi homines recipit, receptator potius, quam hoſpes dicitur, ipſisque delinquentibus æquipparandus, ſcilicet ſi I. ſciens receptet. Nellus *de Bannit. part.* 3. *temp.* 2. *v. vigeſimo loco n.* 14. Bartol. *in* l. 1. *ff. de receptator.* Roman. *Conſ.* 477. Angel. *tit. de furt. n.* 14. cujus rei quidem ignorantia de caupone præſumitur, niſi inquirendo de perſona & conditione advenientis fuerit

paulo

paulo negligentior. arg. l. *ult.* §. *ult. ff. furt. advers. naut.* Gail. *de pac. publ. obs.* 10. *n.* 35. II. si celandi animo receptet, per *l.* 1. §. 2. *ff. de serv. corr.* l. 3. §. 3. *ff. de incend. ruin.* Simon de Prætis *Cons.* 18. *n.* 2. *&* 9. Roman. *Cons.* 473. *in fin.* Angel. *d. tit. de furt. n.* 13. non enim delinquit, qui receptat eum in finem, ut denunciet judici. Cravet. *cons.* 3. *n.* 25. Rebuff. *in Constit. Reg. tr. de hospitib. n.* 3. III. si voluntario; non jussu Magistratus, aliave necessitate recipiat. l. *in delictis.* ubi Bartol. *ff. de noxal.* Bossius *in pr. crim. de recept. n.* 30. Clarus §. *fin. qu.* 90. *in fin.* Socin. *Cons.* 9. *n.* 9. *lib.* 3. Gail. *de pac. publ. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 34. Cravetta *Consil.* 309. *n.* 5. IV. si per aliquod temporis intervallum hospitium præbeat, non vero, si saltim cibum ac potum transeunti & mox recessuro. Cephal. *consil.* 539. *n.* 77. Barthol. Socin. *cons.* 262. Mascard. *de probation. vol.* 3. *concl.* 1258. *n.* 11 12. facit *l. Sejæ.* 9. §. 5. *ff. de instr. vel instrum.* Neque V. in hunc Receptatorum censum adscribi possunt, quibus jure aut privilegio speciali receptio regulariter non recipiendorum est permissa. Sic privilegium bannitos recipiendi habent Comites de Leiningen, & quidem alii. Erneuerte Rottweilische Hoffger. Ordn. *part.* 2. *tit.* 5. §. 4. Speidel *in additam. ad verb.* Bann. Idem privilegium subditis Archiducum Austriæ concessum legitur in Käysers Caroli V. Constitution: von Gerechtigkeit des Hauses Oesterreich.

VI.

Sunt denique etiam aliæ causæ receptionem adventantis peregre, aut alias divertere volentis s. impedientes s. excusantes, sic enim loco quædam ab hospitatione, quæ alias præstari debet ad nutum Principis, & tertia nobis hospitationis immediate necessariæ species

 dicitur

dicitur ſupra *c.* 3. §. 9. immunia ſunt, & quidem (1) in genere omnia loca, quæ non ſunt adhabitandum exſtructa. Tabor. *de met. p. m.* 253. (2) loca mercimoniis dicata, veluti Weinkeller, Packhäuser, Scheuren, Spiecker. *l. pen* C. *de mercimon. & tot. tit.* C. *Negociat. ne milit.* Marquard. *de jur. mercator. lib.* 2. *c.* 6. *n.* 57. ubi immunitate hac etiam gaudere dicit tabernas; & domus Mercatorum Hanſeaticorum in regno Portugalliæ. (3) loca religioſa, ut templa, ſcholæ, & ſimilia, ubi opera pietatis exercentur. *l.* 10. C. *de SS. Eccleſ. R. I. de anno* 1548. 1570. *&* 1577. Tholoſan. *lib.* 13. *de Republ. cap.* 20. An & (4) ſynagoge Judæorum? ita videtur per l. 4. C. *de judæ. & cælicol.* Baron. *tom.* 4. *annal. ann. Chr.* 365. *in fin.* (5) loca judiciorum *l.* 3. C. *de Metat. l.* 1. C. *Theodoſ. ne quis in Palatin.* (6) Salinæ per *l.* 4. §. *ſalinæ* 7. *ff. de cenſib.* junct. *l.* 6. §. 6. *ff. de offic. proconſ.* (7) molendina Hering. *de molendin. qu.* 13. (8) Ergaſteria tam publica, uti fuerunt domus Fabricenſium. l. 4. C. *de metat.* de quibus Panciroll. *lib.* 2. *variar. lection. cap.* 66. quam privata, quæ vocantur officinæ die Werckstädte l. 10. *v. ſiquis* C. *de metat.* l. 21. C. *de oper. publ.* An etiam (8) diverſoria publica immunia ſunt ab hujusmodi hoſpitandi onere? ita de jure aſſerit. Chaſſanæ in *Catalog. glor. mund. part.* 2. *conſid.* 46. *n.* 9. *per* l. 39. C. *de Epiſc. &* C*ler.* Gratian. *diſcept. Forenſ. tom.* 5. *c.* 898. *n.* 22. quamvis de facto contrarium obſervaverit Anton. de Freundberg. *de reſcript. morator. concl.* 43. *n.* 27. *lit. X.* Illud tamen paſſim in bonis Rebusp. obtinet, ut ſemper maneant in publicis diverſoriis quædam cubicula vacua pro peregrinis, de quo ut certiores ſint, ſolent nonnulli hoſpitationem exercentes onus illud neceſſariæ hoſpitationis, collato in publicum precio, declinare.


(9) exi-

(9) eximuntur quoque ab hoſpitatione ejusmodi anguſtiſſima tecta, quæ vix ipſi inhabitatori ſufficiunt per l. 6. §. 5. *ff. de offic. præſid.* ubi quamvis Zoanetus *in reſtitut. ad ff. cap.* 21. pro *lumine* ponat: *limine*, & domunculam vilem intelligat, quam lectionem etiam ſequitur Tiraquell. *ll. Connubial.* 10. *n.* 28. tamen vulgaris lectio retenta nullam parit abſurditatem, ſi *lumen unicum* non candelam hic denotare dicamus, ſed cænaculum ſ. domunculam & tuguriolum ita anguſtum, ut unicum lumen h. e. feneſtram tantum habeat. Confirmant hanc opinionem noſtram, quæ habent Turneb. *adverſ. lib.* 8. *c.* 13. & Forner 1. *rerum quotidian. c.* 29. Porro (10) indiſtincte quis excuſatur a receptione, ſi domus jam eſt hoſpitibus repleta. Bar. *in l. un ff. furt. adv. naut.* Decius *in l.* 196. *n.* 5. *ff. de R. I.* Rebuff. *in Conſtiert. Gall. tit. de hoſpit. n.* 2. Fedde Senis *conſ.* 113. Speckhan. *cent.* 1. *qu.* 23. Sic etiam porro ratione temporis poteſt hoſpitium denegari v. gr. ſi de nocte, aliove tempore incongruo ſibi quis hoſpitium aperiri petat. Jacob. de Bello Viſu *in pract. crimin. lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 30. Amplius, quando Princeps, ejusve Legati adventant, poteſt hoſpes, quem jam receperat, honeſte compellare, ut aut diſcedat, vel ſaltem honoratius cubiculum aut cænaculum digniori relinquat. Angel. Aretin. *in l.* 1. *ff. naut. caup. ſtabul.* Rebuff. *tom.* 2. *Conſtit. Gallicar. tit. de hoſpitib. n.* 7. *arg. l. jubemus. C. de SS. Eccleſ.* Huc pertinet quoque, quando expreſſa lege hoſpitatio, nulla diſtinctione perſonarum, aut locorum habita, ex cauſa aliqua publica prohibetur, quemadmodum Syllæ tempore inter crimina læſæ Majeſtatis habebatur, ſi quis hoſpitio aliquem exciperet. Appian. *lib.* 1. *de Bell. civil.* Tholoſan. *ſyntagm. jur. civil. lib.* 35. *c.* 7.

n. 10.

n. 10. Sic Francofurti ad Mœnum, durante Electione Imperatoria præter Electores eorumque comitatum, per *Auream Bullam Caroli IV.* prohibitum quenquam extraneum in urbe tolerare. Limnæ *ad* A B *cap.* 1. §. 22. *obs.* 9. 10. & 14. quod quamvis neque ante A B adeo exacte observatum Scardius *de Elector. orig.* c. 9. *in fin.* neque in Electione nuperorum Imperatorum, referat Buxtorff. ad A. B. *cap.* 1. *th.* 36. nihilominus adhuc observari, decretum Electoralis Collegii de Anno 1658. *die* 27. *Junii* promulgatum, his satis innuit verbis. Obwol ein hochlöbl. Churfürstl. Collegium aus sonderbahren erheblichen Ursachen vor diesesmahl hat geschehen lassen, daß so wol auswärtiger Potentaten Gesandten, als auch allerhand Standspersohn und personæ publicæ bey jetzigen wehrenden Capitulations, und andern zu der Wahl gehörenden deliberationibus sich allhier in Franckfurt am Mayn aufgehalten, soll doch solches ins künfftig von niemands, weß Standes oder Würden er sey, in consequentz gezogen, oder aber wider die güldene Bull, die Churfürstliche Præeminentz, und in diesem Fall zustehenden, sonderbahren Rechts allegiret, oder gemißdeutet werden ꝛc.

FINIS.



JOH.



JOHANNIS SCHILTHERI,

Phil. & V. J.D. Conf. Aul Saxo-Jenenf.

DISSERTATIONIS PHILOLOGICÆ DE JURE HOSPITII.

PARS I.

§. 1.



Uris illius, quo apud Veteres Hofpitia folita fieri, hiftoriam perfecuturo initium differendi ab expofitione vocum illarum JURIS & HOSPITII faciendum eft, Atqve ut à pofteriore ordiar, ufus obtinuit fere, ut ea qvævis peregrinis patens DOMUS indicetur, nefcio tamen an ore magis Romano potius illa, qvæ vel gratis, vel neceffitudine qvadam & amicitia conjunctis. l. 5. § 2. D. DE INJUR. Quippe & HOSPES is dicebatur, qvi aut mutua

 hofpi-

hospitandi neccessitudine junctus, aut alias gratis liberaliterqve recipiebat. Qvo pacto Cauponæ & Diversoria Hospitiis opponi solent. Cicero *Lib. VII. Fam. XXIII. Ista quidem summa næ ego libentius emerim diversorium Tarracinæ, ne semper hospiti molestus sim.* Ubi Emere significat in genere pretium appendere pro diversorio: vel proprie Emere habitationem, ubi diversari possit. Ita *Stratonicus* apud *Ælian. L. XIV. V. H. C. XIV.* se pro hospitio Pandocheum ostendisse queritur. De Platone eadem refert Eustath. in HOM.

Deinde vero sæpius *consvetudo & consociatio* hospitalis HOSPITII venit vocabulo, ut in his formulis: *Hospitio conjungi, hospitium facere cum altero, hospitium renunciare.* Nam Hospitium est consociatio hominis peregrini cum incola, quæ illum sub hujus custodia constituit, accedente scil. Fide, qua se incola peregrino obstringit, & contra. Budæus. *Hospitium est familiaris quædam amicitia, mihi hospitandi apud illum, illi apud me.*

§. 2.

Juris vero nomine, ut significatus ἀπροσδιονύσους prætercam, tum JUSSUM notatur seu regula aut lex latius accepta, voce l. civilis ea sit, siva naturalis: tum FACULTAS aut licentia: tum etiam id quod JUSTUM est & legibus conveniens: tum denique necessitudo & CONJUNCTIO, que certa lege pactoque ad certa fit officia; quomodo, *Esse alicui jus amici-*

amicitiæ, affinitatis &c. cum altero dicitur *V. I. 11. 12. ff. de j. & j.*

§. 3.

JUS HOSPITII itaque cum dicitur, primum hoc ipsum intelligi poteſt de univerſa hoſpitali SOCIETATE, quæ jura & officia intra ſeſe comprehendit. Velut qvando alteri cum altero jus hoſpitii dicitur eſſe. Frequentius de LEGE aut pacto & obligatione hoſpitali uſurpatur, qua hoſpes recipiens receptusque inter ſeſe ad creta ſibi in vicem præſtanda officia obligantur. Eaque ratione Jus hoſpitii dicitur violari, aut adverſus idem quid fieri. Præterea POTESTATEM quoque notat alicubi hoſpitandi, ut qvum jus hoſpitii dari vel acquiri dicitur. Tandem vero etiam de juſtitia hoſpitationis, & ejus OFFICIORUM accipi poteſt, de jure hoc quando quæritur: Sitne hoſpitium omne juſtum, aut quid in eo juſtum ſit? Quæ ſignificationes etſi omnes in hac tractatione occurrant, ſeparandæ tamen ſingulæ qvæſtionibus.

§. 4.

Atque illarum quidem poſtrema in prima ac generaliſſima obtinet quæſtione, quæ hæc eſt: *An peregrinorum receptio aliqua juſta ſit?* Hæc ipſa quæſtio ad JUS NATURÆ a Philoſophia exigitur. Igitur cum Jus Naturale ſit rectæ rationis dictamen; Recta autem ratio & SOCIETATEM COLERE præcipiat, & quenquam lædere interdicat: opido patet, Juris Naturalis nihil eſſe, quod Hoſpitio repugnet

gnet, imo omnia potius ei FAVERE. Namque eo societas hominum non modo non dissolvitur, verum conservatur magis atque ampliatur. Neque vero solum propter naturalem hominum inter homines necessitudinem peregrinos recipere par est, sed etiam propter rerum *commercia & permutationes*; sine quibus tam potest natura socialis durare, quam sine fonte rivus. His addi possunt, quæ Menelaus Lacedæmonius Odyss. Δ. prudenter monet:

ἦ μὲν δὴ νῶι ξεινήϊα πολλὰ φαγόντε
ἄλλων ἀνθρώπων, δεῦρ' ἱκόμεθ', αἴ κέ ποθι ζεὺς
ἐξοπίσω περ παύσῃ ὀϊζύος.

Nimirum hoc voluit, peregrinos recipi debere, tum propter jus talionis seu illam legem communissimam; Quod tibi non vis &c. & ab: alio expectes alteri quod feceris, tum propter spem DIVINÆ REMUNERATIONIS; innuens, habere Jus hospitii suam a DEO ipso auctoritatem, qui naturæ sociali hoc indidisset. Et nisi hoc tam verum esset, ut a nemine, qui Judicio sano præditus est, assensum facile non impetraret; posset idem uberibus tum ex sacra pariter & profana historia demonstrari, tum hominum sapientissimorum consensu; *Cic. 1 off. V. Grot. de. J. B. l. 7. C. 2. 15. 16. Berneg. Qv. Tac. 125. Botsac. Moral. in Hospit. Deutr. X, 18. Ebr. XIII, 2.* quo, ut quisquid sine detrimento possit commodari, id tribuatur cuique vel ignoto, præcipitur. Multa item de Jure divino occurrerent, quo peregrinorum cura hospitalis tam inculcatur, quam quæ ma-

maxime. PHIL. περὶ φιλανθρωπίας Seld. J. Ebr. l. 6, 6. p. 694 702. Sed ista forte non hujus loci videantur. Quare notanda saltem veterum gentium a naturæ ductu aberratio. V. GROTIUS J. B 2 15. 5.

§. 5.

Atque inter inhospitales gentes præcipue Scythæ, Ponti Euxini accolæ recensentur; unde & nomen Ponto inditum putatur. Quanquam malint alii ab ipsius Ponti inhospitalitate. Hos enim hospitum immolatorum carnibus vesci, & calvariis poculorum uti loco, tradit APUD STRABON. Lib. VII. Apollodorus, geminaque passim est offendere apud auctores. At Patronum tamen se hisce cæterisque Ponti accolis sisti Sam. Bochartus l. 3. Phalg. C. IX. Adducens testes plurimos, atque ostendens, & Scythas a Græcorum humanitate non tam fuisse alienos, quam vulgo putent, & aliam esse causam, cur Pontus dicatur Axenus. Videlicet Duce Ascenaz, filio Gomeri, e terra Gomer h. e. Phyrgia majore. Colonos in minorem Phrygiqvi ipse cum ex accolarum nomine dictus fuerit Ascenaz, a Græc. paululum inflexa voce nominatu π ἄξενον fuisse, & postmodum εὐφημίας ergo εὔξεινον. Certe & Hospites a Scythis pro Diis habitos Pyladen & Oresten Luc. TOXAR. notavi, & Trogus APUD JUSTIN. l. 2. fatetur, cultos Græcorum mores in cultæ barbariæ Scytharum collatione superari. Unde auctor *Ossilegii Lingv. Hellenist. p. 359.* arbitratur, D. Paulum ad Coloss. III. cum Barbaro Scytham componere, ut Sapientem cum Insipiente, Qvanqvam aliter

aliter Vossius *l. 1. de Idol. C. 3. pag. 17.* cum aliis pluribus. Sed ad rem.

§. 6.

Inter inhospitales populos, alias & Ægyptii, Indi, Seres, Carthaginens. Thraces, Lacedæmon. Appollonitatæ, Moschi, Chinenses, aliiqve referuntur; atq; generatim omnes barbari tales olim censebantur. *Gipb. Præf. Od. p. 6. 7. Cæl. Rhod. l. 18. 5. Garz. Piaz. l. 3. p. 272. Svid. in* ξενηλατεῖν *Alex. l. G. D. C. 10. Ælian. 13. 1. H. 16. Berneg. Qv. 125. in Tac.* Verum enim vero si omnio qvædam nationes inhumaniores adversus peregrinos fuerint: Verius tamen est, gentes istas virtutis rationem insitam obliterasse, qvam non satis Jus hospitalitatis in natura sociali expressum esse. Neqve enim propterea *aliqvid Juris Naturalis* esse dicitur, qvod ad omnibus & semper præstetur, sed qvia omnes homines semper & ubiqve obligat ad præstantum, licet *apud moratiores saltem* gentes obtineat. *Grot. J. B. l. 1. c. 1. §. 12. Burgers d. de Phil. mor. c. 12. §. 13. Impr. Selden. l. 1. J. N. & G. C. 4. 5. 6. 7. 8. Suth. diss. 1. §. 54.* Qvanquam vix sit credibile, ullam nationem tam immanem fuisse unqvam, qvæ ab omni in universum hospitali humanitate aliena fuerit, qvin aliqvando, & in sui ipsius salutem peregrinantes ipsam exercuisse juicari debeat. Qvod ipsum ad propositum demonstrandum satis est. In Romanor. hospitalitate dedræ-

prædicanda ſvavis eſt Joh. Frid. Mateneſius *Prof. Colon. in Ara Buſiridis C. 4. pag. 41.* Peregrinum, ait, *adeo Romani ſuſpexerunt, ut illum hoſtem vocitarent i. e. amicum, benevolumque advenam. Unde Cic. Varr. Feſt. teſtantib. ab hoſtiendo dictum volunt i. e. æquando, quod inter peregrinos & cives æquabilitas aliqua benevolentiaque amabæa regnare debeat.*

§. 7.

Hactenus de Hoſpitio generaliſſime ſumto dictum eſt. Ejus vero prima maximaque neceſſaria partitio hæc eſt, quod Hoſpitium aliud eſt GRATUITUM, aliud PERMUTATORIUM. GRATUITA peregrini receptio, liberalitatis quidam actus eſt; unde ejus naturalis ratio, ſplendorque virtutis minime latet. Quando enim naturæ hominis accommodatior beneficentia præ reliquis eſſe videtur: tanto Virtuti propior eſt hoſpitalitas hæc præ altera PERMUTATORIA. Quæ tamen & ipſa rationi ita conſentanea eſt, ut illo maxime fundamento juſtitiæ nitatur, qvod cavetur, ne infinita benignitas nobis obſit. Qvare, qvoniam copiæ parvæ ſingulorum ſunt, eorum autem qvi his egeant, infinita eſt multitudo, non tantum vulgaris liberalitas referenda eſt ad illum Ennii finem: UT NIHILOMINUS IPSI LUCEAT; verum etiam, cum quæ homines homini tribuunt ad eum augendum JUVANDUMQUE, ſolius benevolentiæ gratia fieri haud velit natura; *viciſſim aliquid expectare*

Cic. 1. offic.

re & recipere licet, aut etiam pretio & mercede duci. Qvam postremam sordidissimam quidem esse rationem & inquinatissimam, & iis, qui ad eam confugere conantur, judicat Tullius 2. offic. nihilominus nonnunqvam subsidium hoc necessarium esse, haud diffitetur. Contrarium cæteroquin est officio merces l. 1 §. fin. DEMAND. Proinde quod quis ex officio & amicitia fecerit, ejus nomine mercedem jure non postulabit GOTH. ibid. Hinc qvum & ipsa permutatoria hospitatio duo sub se contineat genera, quorum alterum hospitium est mutuum, quando ex certo quodam pacto hospitium, præbetur mutuo sine mercede: alterum *Mercenarium seu meritorium*, quo lucri gratia pro mercede pro miscue recipiuntur petegrinantes; quod qvi faciunt, Caupones, STABULARII &c. vocantur: Inter has, inquam, species non modo rarius olim mercenariam usitatam, sed & ignominiosam & illiberalem apud Græcos & Romanos fuisse Stuckius ostendit. V. Athen. l. XIII. p. 566. Quod etiam memorata antea querela Stratonici APUD ÆLIAN. L. XIV. C. XIV. V. H. indicat. Atque per ASIAM hospitia omnibus patentia demum sub Imperio Saracenico & Turcico erecta, notat Hornius in SULP. SEV. l. 1. p. 147. Lydi tamen primi caupones HEROD. l. 2. Scilicet necessaria & hæc sunt, ut iter facientes quivis quiescere, viresque restaurare habeant; præsertim cum neque semper commutatio sit expedita, & ingratitudo ac malitia valentior magis magisque impendio fiat, fides contra deficiat. Sed missis Tabernis meritoriis, Hospitii mutui jus ac societas perlustranda venit.

Antiqv. Conv. f. 97. b.

Ex

§. 8.

Ex Zancho in Saluſtium Stuickius iſta recitat: *Cum quis peregre proficiſcebatur, è ſervis aliquot præmittebat ad urbem eam, ubi diverſurus eſſet, qui inquireret, an domini hoſpes amicusve Paternus ibi quisquam eſſet.* (Hanno tamen Plautinus, licet ſervos ſecum haberet, ipſe tamen hoſpitem inquirit Agoraſtoclem) *ſi nullus erat, quærebant diverſorium. Si nullum erat, Magiſtratum adeuntes hoſpitalitatem poſtulabant, ſibi vero quamque* à Magiſtratu *datam accipiebant. Nonnumquam tamen atriusque hoſpitium jungebatur cum uterque alterius virtute illectus hanc hoſpitalitatem poſtulabant, & hujus privati hoſpitii nota pignusque erat teſſera hoſpitalis dimidiata accepta.* Triplex hiſce innuitur hoſpitandi ratio. Vna in diverſorio publico & mercenaria, quam jam miſſam fecimus. Altera apud eum, cui à Magiſtratu peculiariter hoſpitem recipiendi munus injungebatur. Quomodo VERRES à Lampſacenis apud Janitorem quendam hoſpitem, & comites ejus apud cæteros hoſpites collocati leguntur in l. 1. ACCUS. Vbi Philodamus Lampſacenus Verri oſtendit, ſe cum ſuæ partes eſſent hoſpitum recipiendorum; tum ipſos tantum Prætores & Conſules non Legatorum aſſeclas, recipere ſolere. Vocabatur hoc Hoſpitium publicum

M Græcis

Græcis προξενία. Quemadmodum privatum hoſpitium, quod utriusque hoſpitum voluntate privatim jungebatur, ἰδιοξενία.

§. 9.

Patet jam partitio Hoſpitii hujus, quod inter gratuitum prorſus & meritorium interjacet, quod aliud ſit PUBLICUM, aliud PRIVATUM, aliud MIXTUM. Publicum hoſpitium eſt, quod fit inter civitates ac Principes auctoritate publica, bonum propter publicum. Privatum, quod inter privatos. Mixtum, quod inter privatum & CIVITATEM aut Principem. Primum vero de PRIVATO quod antiquius videtur, videndum. Poſtea etiam de publico; ad quod & Mixtum non incommode referri poterit inprimis ſi finis ejus ſpectatur, quod de *Cic. l. 2. de Off. Eſt n. ut mihi quidem videtur valde decorum, patere domos hominum illuſtrium illuſtrib. hoſpitib. Idque etiam Reip. eſt ornamento: homines externos hoc liberalitatis genere in urbe noſtra non egere. Eſt etiam vehementer utile iis, qui honeſta multa poſſe volunt per hoſpites apud externos populos valere opib. & gratia.* Qvanquam alias perſonarum reſpectu privati etiam rationem habeat, qvum nec Princeps hic extra domeſticos penates ſtatuatur. Hinc Livius L. XLII. Hoſpitium, quod Q. Martio Philippo cum Perſeo Rege Macedoniorum hereditate acceptum fuit, diſerte vocat Privatum.

§. 10.

§. 10.

Hoc igitur ne ἀμεθόδως fiat, ad qvatuor præcipue capita omnis Amicitiæ hoſpitalis ratio reducatur, ut primum ejus origo, fundamentum, atque, quo in eadem eſt, virtutis ratio attendatur: tum, quod in ea juſtum cenſetur, ex officioque fieri; Poſtea ritus & ſymbola quæ fidei ac religionis firmandæ gratia accesserint: Denique ejus amicitiæ diſſolutio.

§. 11.

Ariſtoteles VIII. Nicom. III. ξενικὴν φιλίαν ait accenſeri amicitiæ utili. ANDRON. RHOD. h. l. ταύτην εἶναι, φασὶ Hic hoſpitalem alii intelligunt, quæ hoſpitibus excipiendis & tractandis quæſtum facit. Certe Cauponariam utique utilitate quæſtuve metiri licet. In mutua autem hoſpitalitate, (de qua Ariſtoteles potius intelligendus, & nos hic agimus,) quantum vis quoque ſpectetur retributio & æqualitas, ſanctius tamen de ea ſentiendum ſtatuerunt Veteres quam quæ mercatur quæpiam aut nundinatio officiorum haberetur. Etenim illas amicitias, quæ ſine ulla ſpe commodorum, cogitatione aſſequi forte licet; nos autem ea, quæ in uſu vitaque communi non ea, quæ finguntur, aut optantur, ſpectare debemus: quod monitum Tulli eſt in Lælio. Enimvero cum Jus vel NATURALE ſit, vel ex hominum arbitrio conſtitutum, hoc quidem Ariſtoteles V. Nicom. VII. δίκαιον κατὰ τὸ συμφέρον vocat, non quod NIL NISI UTILITATEM, ſed quod præter honeſtatem

 etiam

etiam utilitatem spectet, eamque vel publicam, vel privatam. Unde Juris in PUBLICUM postea & PRIVATUM descendit partitio. Ergo non utilitas mera, sed honesta ratio suasit istud mutuum Jus hospitandi; cum RECIPROCA OFFICIA magis devinciant animos inter sese, quam simplicia, & societate contineant. Etsi enim quivis, qui beneficium accepit, alteri ad retributionem á natura devincitur; longe tamen fortius est vinculum, quod ex pacto consensuque mutuo dependet. 8. NICOMACH. XIII. V. Th. 14. 15. Ut taceam mutuam hanc hospitalitatem querelis minus obnoxiam videri, atque gratuitam.

G.Rittersh. l. 2. S. lect. 1.

§. 12.

Itaque non tantum œconomicæ hoc prudentiæ, sed Politicæ quoque; refertúrque hæc societas ut aliæ PRIVATÆ OMNES debent, ad publicam civitatis & communem societatis humanæ felicitatem. *l. IX. Nicom. IX. Plato. 1. de LL. Fortassis etiam omnibus pueris, post quam sibi jus cum civitate aliqua hospitii necessitatem esse audierint, hoc modo benevolentia quædam a teneris statim animum subit, ut qui hospitii jus jactant, velut alteram Patriam illam, post suam Civitatem habeant.* Ecclesiæ vero permultum inculcavit τὴν φιλοξενίαν εἰς ἀλλήλους Apostolorum chorus, Rom. XII.13. Hebr. XII. 2. 1. Pet. IV. 9 Atque multis scandalis atq; flagitiis medela foret inventa si loco cauponarum & meritoriorum hospitiorum Amicitiæ hospitales inter Christianos hodieque frequentagentur. Quo ex fonte summa Majestatis cura fluit circa privatas

tas has societates. Solonis laudatur lex: *Si qui ejusdem corporis &c. aut ejustem sepulcri, religionisve consortes &c. pactionem inter se aliquam inierint, ratum id esse, dum ne quid tabulis publicis prohibeatur. Rosin. A. R. lib. 8. C. 6. p. 1284.* Ex qua translata videtur, judice Gajo. *l. ult. D. de Colleg. XII. Tabb. lex: Uti sodalibus, qui jus coëundi haberent, potestas esset, pactionem quam vellent, sibi ferre: dum ne quid ex publica lege corrumperent.* Hinc incidunt quandoque tempora, cum jure suo civilis potestas has similesque societates tollit; *Greg. Tholos. Synt. J. l. 35. C. VII. 10. ex Appian. l. 1. de B. C. Conf. Ciceronem lib. 2. Verr.* fin. 131. quomodo Syllæ tempore hospitalitatis & amicitiæ cum Norbani, Carbonis, Mariive sociis, inter crimina læsæ Majestatis positæ fuerunt. Sed qvum istud etiam, idque magis hospitio publico competat, de origine ac fundamento satis dictum esto; præsertim, cum, quod PACTIONEM ipsam attinet, eam mutuam expresso consensu factam, non sit obscurum, manifestiusque ex ritibus atque symbolis fiet. Vbi etiam exempla docebunt, Jus hoc hæreditarum fuisse, ad liberosque & posteros derivatum

§. 13.

Deinceps, ut erat propositum, de jure ipso atque OFFICIIS dicatur. Quorum qvidem alia Hospitalis SOCIETAS privata maxime communia habet cum gratuita receptio-

 ne

ne, alia ex pactione sua propria. Illa varia vagaque quodammodo sunt; generatim tamen ea, quæ hospiti debentur, ad hæc ferme reduci possunt, ut præbeatur ipsi LOCUS, ubi tuto quiescat quæ HOSPITALIA dicta, h. e. triclinia & cubicula, ad quæ hospites remittebant, *Vitruv. 6. 10. Et Hospitalia l. 5. §. 1. D. de his que effud.* Porro & *cibus potusque,* quo reficiatur; quæ singula hospitii vox complectitur. Atque huc ea omnia pertinent, quæ longa serie de moribus & officiis erga hospites ex veterum monumentis afferri solent, quæ varietate gentium & ipsa varie deprehenduntur. Quæ Græcis fuerint consveta, ex Homero collegit Stuckius. Videlicet postquam salutaverant peregrinum: χαῖρε ξεῖνε. & humaniter invitarant: onere actutum omni armisque liberare, equos forte in stabulum, ductus affatim pascere, hospitem interim ipsum comiter introducere instructis certis quibusdam tricliniis & cubiculis, lavare postea & ungere, id quod nec REGUM FILIÆ TURPE sibi duxerunt; Od. 3, 456. epulas parate hospitales, sacris mensæ peractis, lectos sternere. Sed & vestes, si forte indigebant, præbere, aliaque MUNERA HOSPITALIA, hospitibus sæpe alia reponentibus: Tandem abiturientes, invitos non detinere sed comiter DIMISSOS PROSEQUI. Ex S. Hebræorum Historia paria propemodum afferri possent, si hujus putatarentur loci *Ravan. Biblioth. in Hospitium. Binch. mellific. Theol. p. 3. L.* XV. p. 401. Cæterum ab injuria omni defendere hospitem, æquissimum judicabatur; cædesque hospitis, cædi PARENTIS FERE ERAT PROXIMA, ut Lambinus ex illo, ut puto, Horatii colligit,

Illum

Illum & Parentis crediderim sui,
Fregisse cervicem, & penetralia
Sparsisse nocturno cruore hospitis.

§. 14.

Sed quomodo hospitium mutum sua sibi habeat officia discipiendum. Nobilis est divisio amicitiæ, quam habet Philos. IIX. Nicom. XIII. ubi ut Jus aliud est ἄγραφον, quod moribus continetur, nullis autem certis legibus descriptum: aliud κατὰ νόμον, certisque determinatum legibus, ita & amicitia, quæ ad utilitatem dirigitur, ostenditur alia esse, ἠθικὴ alia νομική. In illa officiorum fit compensatio secundum morem tantum & consvetudinem, quam NATURALIS ÆQUITAS PRASCRIBIT. In hac porro, certa pactio & conventio interponitur, certæ qvodammodo leges & conditiones constituuntur, ut uterque quid alteri debeat, vicissimque ab eo exigat, sciat. Hanc καθ' ὁμολογίαν fieri ait, καὶ ἐπὶ ῥητοῖς, ex pacto verbisque expressis. Judicat que Joh. Magirus, *hanc amicitiam esse quasi* civilem obligationem *quandam adeo, ut nisi alter stet promissis, possit eum jure & judicio cogere ad retributionem.* Sed pergit Aristoteles hanc ipsam amicitiam legalem ulterius dispescere in eam, quæ prorsus forensis est, & mercatoria, ἐκ χειρὸς εἰς χεῖρα ἀγοραῖα Paraphr. & quæ ἐλευθεριωτέρα εἰς χρόνον qua amoris & benevolentiæ causa conceditur dilatatio temporis ad retributionem. Comment p.821.

Ac-

Accomodant recentiores Aristotelis commentatores nonnulli divisionem contractuum bonæ Fidei & stricti Juris, diversimode; sed utrovis modo incommode. Et pertinet ea non ad Societates personarum, sed contractus Juris Civilis, atqve ἀπαιδευσίαν committimus, quoties voce artis aliis rebus applicamus, quam quibus artifices imposuerunt,

§. 15.

Porro ad utramque amicitiæ speciem seu ex utraque mixtam referenda videtur hac privata hospitii societas, quæ proinde à gratuita hospitalitate differt, quod hæc destituatur certa pactione, & quanquam natura dictet, gratiam esse referendam tali hospiti, & huic item sibi liceat ab eo, cui dederat hospitium, aliquid commodi sperare; neque tamen ab eo stipulatur quidquam certi, cumque sibi aut tantundem aut etiam amplius, si res ita ferat, redditum iri existimet, tamen quid quantumque sibi debeatur, relinqui ei ipsi, quem obligat, arbitratu suo æstimandum, quemadmodum Muretus de hoc amicitiæ moralis genere loquitur.

§. 16.

Igitur proprium imprimis jus & officium, quod ex hac conventione promanat, est certe determinataque hospitii præbendi RECIPROCATIO, καθ' ὁμολογίαν καὶ ἐπὶ ῥητοῖς, liberalior tamen καὶ εἰς χρόνον, etiam si à neutra adhuc parte hospitium datum fuerit. Docet hoc Diomedes Pelodonnensus apud Homerum ILIAD. ζ. p. 222. ita Glaucum, paternum hospitem alloquens.

Τῷ

Τῷ νῦν σοὶ μὲν ἐγὼ ξεῖνος ἄργεϊ μέσσῳ
- - εἰμὶ, σὺ δ' ἐν Λυκίῃ ὅτε κεν τῶν δῆμον ἵκωμαι.

Lycius erat Glaucus: ad hunc ergo si quando peregre veniret Diomedes, tenebatur recipi a Glauco: SCHOL. HOM. ad Il. a. p. 7. vicissim Glaucus si in Peloponensum (quæ & Argos ab Argo τῷ πανόπτῃ dicta est) ad Diomedem diverteret. Pertinet huc & Agorastoclis sponsio.

Ergo hic (Calydone in Ætolia) *apud me hospitium tibi præbebitur.* Plaut. Pen. V, 2. 91.
Nam haut repudio hospitium neque Carthaginem.

§. 17.

Ad pactionem hanc & CURA HOSPITIS ÆGRI referenda videtur. T. Q. Crispinus Rom. cum Badio Campano hospitium fecerat, hic apud Crispinum hospes æger, liberaliter comiterque curatus, narratur Livio & Val. Maximo defuncti ibi SEPULTURA quoque. Extat inter inscriptiones Gruentinas ista: Liv. I. XXV; Val. M. V. I. p. 564, 4.

D. M.	D. M.
VAL. ATTICO. B. F.	T. COR---F.--------
COS. LEG. XLI. G.	DELEGATUS. VII. G.
P. FE. STIP. XXIIII.	P. F. STIP. XXIIII.
VIXIT. ANNIS. XLI.	VIX. ANN. LVII.
FECIT. AELIA. PART.	FECIT ---
THENIS. HOSPITI	ALLIA - PARALI --

 BE-

BENEMERENTI. *Cui similis & illa p. DXXXIX, 3.*	HENIS - - - - - - - - HOSPITI. B. - - - - - *Conf. Tomassn. de Tess. Hosp. cap. 30.*

§. 18.

Ejus porro virtutis fuit Jus hoc, ut non privatos intra lares, aut angustias commorationis coarctatum, sed progressum longius ad majora quævis pericula quocunque fere tempore locove auxilium hospitis postularet. Timotheus; Cononis filius, ut est apud Corn. Nepotem, quum Athenis CAUSAM DICERET, non solum amici privatique hospites ad eum DEFENDENDUM convenerunt, sed etiam in eis Jason Tyrannus, qui illo tempore fuit omnium potentissimus. Hic qvum in Patria sine satellitibus se tutum non arbitraretur, Athenas sine ullo præsidio venit; tantique hospitem fecit, ut mallet se capitis periculum adire, quam Timotheo de fama dimicanti deesse. PRUSIAS vero R. Bithyniæ eodem auctore adversus Jus Hospitii, quod cum Hannibale fecerat, putavit hospitem inimicis dedere: quanquam ut ab iis comprehenderetur permittere, non item. De Admeto etiam refert idem Rege Molossorum, quod Themistoclem, qvum is ad Athenienfibus & Lacædemoniis exposceretur publice, hospitem ac supplicem non prodiderit. Cæsar Bithynos defendit, Cicero Dejotarum Regem, Stehnium Siculum, hospites; quorum posterior testatur, multos Majorum suorum inimicitias suscepisse ut hospitum salutem fortunasque defenderent, eorumque se exemplum sequi. Huc S. Roscii hospites, CICERO PER EOD.

Cap. ult

Hannib. C. pen.

Themist. C. IIX

Gell. V. 13.

I. 2. Verr. 132

§. 19

§. 19.

Quæstio hic incidit: *an hoſpitem in acie occidere liceat, ſalva pietate & officiorum regulis?* Sane Glaucus & Diomedes ſibi invicem parcunt, utroque in hoſtili conſtituto exercitu, hic quidem Græcanico, ille vero Trojano. Ait enim quaſi ſtibulans Diomedes.

Εέγχεσι θ' ἀλλήλων ἀλεώμεθα καὶ δι' ὁμίλου
πολλοὶ μὲν γὰρ ἐμοὶ Τρῶες κλειτοί τ' ἐπὶ κοῦροι
κτείνειν, ὅ κε θεός γε πόρῃ καὶ ποσσὶ κιχείω
πολλοὶ δ' αυτοι ἀχαιοὶ, ἐν αιρέμεν ὄνκε δυνῆαι.

Haſtas autem mutuas evitemus etiam in turba:
Multi quidem Trojani inclytique ſocii ſunt,
Quos occidam, quemcunque DEUS præbuerit &
pedibus aſſecutus fuero.
Multi autem rurſus Achivi, quos interficias,
quemcunque poteris.

Græcos item Troja potitos, Ænea Antenorque vetuſti hoſpitii jure omne jus belli abſtinuiſſe, Livius refert. E quo, ut & Val. Max. nobile etiam Chriſpini & Badii patet duellum. Bellum erat Romanos inter & Campanos Badio Campano cum T. Q. Criſpino Romano Jus hoſpitii. Uterque bello intererat. Accidit, ut Criſpinus evocaretur à Badio, is rebatur colloquium amicum quæri ac familiare, manente memoria etiam in diſſidio publicorum fœderum privari juris. Sed ad pugnam provocatus dixit; *Se fœdere amicitia diisque hoſpitalibus, quæ ſancta Romano ſangvini, Campanis licet pectoribus vilia*

l. 1. & l. 25.

Val M. V. 1.

N 2 *pignora*

pignora sint, hostili certamine congredi cum Badio vetari. Quin etiam si in concursu exercituum fortuito umbonis sui impulsu prostratum agnovisset, applicatum jam cervicibus mucronem se revocaturum fuisse. Itaque conversus abiit, atque non prius in provocantem hastem pugnavit, qvam & Badius hospitium renunciasset, & extra ordinem pugnam permisissent Imperatores. Ex quo ipso quidem apparet, istam in Crispino hospitalis sangvinis abstinentiam non prorsus provenisse ex jure hospitii, sed imprimis etiam ex disciplina militari Romanorum, juxta quam, extra ordinem, sine Ducis imperio in hostem pugnare, capital erat. Nihilominus hoc quoque inde constat, ROMANORUM MORIBUS sanctius fuisse habitum, hospitibus etiam in bello parcere. GROT. l. B. l. 3. C. 18. l. Qvo facit, quod Xenophon. l. 7. *Histor. Græs.* ne Philasiis refert, *præclare id ad eis factum, qvod cum Pellenensem qvendam hospitem civitatis suæ publicum cepissent, tametsi rerum inopia premerentur, nihilominus eam sine pretio dimiserint. Qvis eos, qvi talia perpetrant, non viros magnanimos & fortes dixerit?* Et quod Plutarchus *de Genio Socrat.* ait: *In pugna hostis qui benefecerit declinantus est.* conf. Gruter. *disc. ad Tacit.* 48. §. 3. ubi sic decernit. *Ergo & hospites, & Amici & Affines & Uxores & Cognati & Fratres & Filii & Patres,*

tres, mutuo se violantes, vel post jam dictum publice sacramentum, parricidæ sunto: Lexque adeo aliquid heic imperans contra jura naturæ, contra bonos mores, nulla esto. Idem ad *Liv. lib. 1. 1. & lib. 45. 18.* ubi hanc adjicit exceptionem: *Hospitalitas nullo bello plane pleneque interrumpitur, nisi qvid incurrat, qvod neglectum exiret in damnum dedecusve publicum.*

§. 20.

Contra ea Badius sentiebat publicis fœderibus ruptis dirempta simul & privata jura esse. Timotheus porro cui cum Jasone arctissimum fuisse hospitium, visum est antea; hunc adversus tamen populi Atheniens. jussu bellum gessit: Patriæqve sanctiora jura, qvam hospitii esse duxit. Paria Agesilaus apud XENOPHONTEM l. IV. HISTOR. an Pharnabazum Lacedæmoniorum Amicum & Hospitem ait: *At enim Pharnabaze non ignorare te arbitror, etiam Græcorum in urbibus hospitiorum necessitudines inter homines contrahi. Nihilominus ubi bellum inter urbes ipsas geri cœptum est, una cum patria sua quilibet hospitibus bellum facit. Qvin etiam si res ita ferat, nonnunqvam mutuo se hospites occidunt.* Tandem tamen ita concludit: *Utinam vir optime, cum talis sis, amico te utamur. Unum, qvidem hoc scito, me jam qvanta celeritate potero, tuis è finibus excessurum: ac deinceps tametsi bellum*

C. Nep. Timothei c. ult.

lum inter nos geretur; fore tamen, ut quamdiu superit alius, qvem bello petamus, abs te rebusque tuis abstineamus. Atqve nescio, an huc aliqvid faciat, quod, ut est apud Valerium Maximum; Piresius Celtiber cupiens hospitii jure Q. Cotio jungi, petiit, ut hoc fieret, qvando inter Romanos & Celtiberos pax foret restituta. Qvasi non possit esse amicitia privata qvorundam singulorum, qvum universi inimicitias fovent publicas. Quæ è
V. th. Syllana tempestate adduci possent, nolo reponere. Quin
12. potius qvomodo propositum solvendum videre.

§. 21.

Non una ratione dici aliqvid Juris esse aut LICERE, Hugo Grotius DE I. B. C. 4. & 10. LIB. 3. docet, sed multa dici talia eo, quod impune fiant, qvæ tamen aut exorbitent à recti regula, aut certe omittantur sanctius, & cum majori apud bonus laude. Itaqve jure belli licitum est, (ita saltem, ut non puniatur, licet actus culpa omni non vacet) interficere non modo omnes, qvi arma opponunt, sed & qvoscunqve bellum moventes subditos, imò qvicunqve intra fines hostiles sunt. id. c. IV. §. 6. n. II. Quin etiam ipsos supplices. Si porro eodem pietatis & officiorum gradu fere habebantur, qvo hospites. Hesiodus:

ἶσον δ' ὁ, ὃ θ' ἱκέτην, ὅστε ξεῖνον κακὸν ἔρξει.

Par est delictum, si qvis & supplicem, & hospitem malo afficiat.

Igitur eodem jure & hospites occidere licitum. Non aliter atqve consangvineos. Qvum tamen alioqvin & in bello sangvinis jura maneant integra. Liv. 5. 27. UBI EGRE-

GIE

GIE DISSERIT CAMILLUS. Quo ſpectat illa Cæſaris in acie Pharſalica docta & ad victoriam efficax vox: MILES FERI FACIEM. Qvippe *videns Imperator utrumqve exercitum conſtare è popularibus ac propinqvis, vereri cœpit, ne, ſi ſe mutuo agnoſcerent, illa alacritas, is cognitus militum ſuorum ardor, obtorpeſceret, quin in amplexum potius hunc Parentis, illum fratris, alterum hoſpitis aut amici ruituros, quam ut cognato ſangvine inſontes etiamnum manus inceſtarent. Id igitur ne fieret, juſſit prudentisſimus Imperator, ut eorum vultus ferro turbarentur, ne alter ab altero agnosci poſſet:* ut hiſce qvidem verbis conſilium Cæſaris J. RUTGERSIUS l. 1. VAR. C. 4. exponit, contra qvam Appianus aut Polyænus. Quanqvam & Germanicus contra Arminium pugnaturus, ORA MUCRONIBUS QVÆRERENT, præcepit, non iſto tamen animo. TACITUS ANN. 2. 14, 4. Sed ad rem.

§. 22.

Atqve Livius dum ait Græcos abſtinuiſſe jus belli Ænea hoſpite, innuit ſane, jus interficiendi eum habuiſſe, licet alias hoſpitem. GROT. J. B. l b. 3. Cap. 4. §. 5. Qvantum vis autem hoc licitum fuit jure licentiæ: tamen ſi parum exorbitat á recti regula, certe omittitur ſanctius & cum majori laude apud MORATIORES GENTES FIDES HOSPITII etiam inter hoſtes, mediaqve in acie fuit ſervata. Lubet hoc quæſitum claudere monitio H. Grotii C. XI. lib. 3. §. 7 *Hoſtis ergo qvi non id, qvod humanæ leges permittunt, ſed quod ſui eſt officii, quod fas & pium eſt, volet reſpicere,*

respicere, parcet etiam hostili sangvini: neminique mortem irrogabit, nisi quo mortem mortive simile qvid evitet, aut ob peccata personæ propria quæ ad capitalem mensuram devenerint. Et tamen quibusdam id meritis aut omnem aut mortis pœnam condonabit, seu humanitatis intuitu, seu ob alias probabiles causas.

§. 23.

Hæc de Hospitii officiis ipsis: seqvitur, qvem ea gradum obtinuerint, si qvando neccesse fuerit, in opera danda, faciundisqve officiis alios aliis anteferre. Constat autem facile, prima DEO immortali, secunda Patriæ, tertia Parentibus tribui. CIC. I. offic. Ita Timotheus Patriæ sanctiora jura, qvam hospitii esse duxit. Convenit vero & illud PUPILLIS ac tutelæ priorem fuisse locum, quippe in gradu qvarto. NEPOS c. ult. At COGNATIS in gradu VII. constitutis, tum ex moribus Populi Romani tum Græcorum antelatus fuit Hospes. Testis sufficiens Gellius & Masurius, GELL. 5. 13. Pythagoræ fertur sententia: ξένος ἀνὴρ δίκαιος, οὐ μόνον πολίτου, ἀλλὰ καὶ συγγενοῦς διαφέρει. *Hospes, vir bonus, non tantum civi, sed & cognato præferendus,* Eustath. ad Iliad. ζ. τοῦ συγγενικοῦ θεσμοῦ κρείττων τοῖς παλαιοῖς ἦν ὁ κατὰ τὴν ξενίαν. Cæteroquin HOSPITIS ne an CLIENTIS potior habenda ratio fuerit, non ita liqvet. In tertio juxta parentes loco esse hospites, in secundo clientes, constare ex moribus Pop. R. ait Gellius! Masurium tamen laudans, qui antiquiorem locum hospiti tri-

tribuerit, quam clienti. Tullius DIVINAT. IN Q. CÆCIL. etiam proposuit hospites clientibus: *Clarissimi viri nostræ civitatis, temporibus optimis, hoc sibi amplissimum, pulcherrimumque ducebant, ab hospitibus, clientibusque suis ab exteris nationibus, quæ in amicitiam Populi Romani ditionemque essent, injurias propulsare, eorumque fortunas defendere.* Neque tamen ex hoc loco quicquam certi de sententia Tullii crediderim exculpi posse, cum nec ex professo hic de ordine inter hospites & clientes quærat, & præterea non de quibusvis clientibus, sed iis tantum, qui ab exteris venissent nationibus. Eodem vero ordine uti- -l. 5.
tur & alibi: *In omnibus, publicis, privatis; forensi-* fiam. 8
bus, domesticis; tuis, amicorum; hospitum clientum tuorum negotiis. Ubi dici quidem poterit, hospitum negotia negotiis clientum præponi, quemadmodum publica, privatis; forensia, domesticis; Propria amicorum negotiis. Neque tamen hæc ex tripode; Nam & contra argumentari poteris, Propriis negotiis opponi negotia amicorum pariter & hospitum clientumque, fierique quandam gradationis speciem, qua à gradu imo ad summum adscendatur. Nam alibi alio ordine utitur, ut l. de SENEC. sic: AMICI, CLIENTES, HOSPITES. Quare certioribus documentis destituto acquiescendum in Gellii sententia, qvum Sabini inter privatas forte reponenda sit. Docentem tamen σπȣδραγέπηρόντι facilie sequar. Sed hæc hactenus.

 §. 24. Se-

§. 24.

Sequitur, ut de ritibus & pignoribus Hoſpitii privati dicendum ſit. Igitur cum Hoſpitium pacto & conſenſu conſtet; conſenſus tum verbis confirmetur, data acetpraque Fide, tum factis quibusdam ac ceremoniis certis: Etiam Hoſpitii fides ſuis ſancita eſt RITIBUS. Inter quos DEXTRÆ CONJUNCTIO, ut ſimplicior reliquis, & in omni fide communis fere apud plerasque omnes gentes; ita etiam

l. 2, G. D 19. antiquior videtur. *Eſt quoque in dextris*, ait Alexander ad Alex. *religio, eam porrigimus, ſi qvid data fide futurum pollicemur. Apud Perſas, ſi qvid firmum illibatumque volebant, illud dextræ & fidei pignore ſanciebant: itaq; nihil apud eos fide antiquius fuit.* Eu-

ad Odyſſ. I. v. 121. f. 30. ſtath. teſtatur, ὅτι τό τ̃ δεξιᾶς χειρὸς ἅπτεσθαι, ὅπερ καὶ νῦν πολλοῖς τῶν ἐθνῶν ἐπιχωριάζει, δεῖγμα φιλοφροσύνης ἦν ἀσφαλέστατον. Ubi plura de hoc argumento differens. de ſiniſtra addit: λαιᾷ μὲν τοι χειρὶ, οὐκ ἐξῆν ἅπτεσθαι ἀλλήλων τοὺς φιλομένους διότι ἐν κατῇ μοίρᾳ οἱ παλαιοὶ ἐτίθεντο τὰ μὴ δεξιά Sed iſtud Græcanicæ fuit ſuperſtitionis, leva infauſta habere. Alexander Aphrodiſ.

v. Nicom X. vel XI, lib. de Inc. anim. cap. 4, l. 4 Part. anim cap. 4, Keck. Gym. l. 2, p. m. 116. lib. 2. q. 47. οἱ τότε καὶ δικαιότατο: ἄνδρες τὰς δεξιὰς ἑαυτοῖς παρεῖχον, ὑπὲρ ἀσφαλείας πράγματος, τ̃ δέκα ἀριθμὸν προβαλλόμενοι *Solent optimi quique dextras ſibi porrigere, denarium numerum ad negotii de quo agerent, certitudinem proferentes.* Sed eadem ratio pro ſiniſtra qvoque faceret. Sanior forte ratio inde petatur, quod ut Ariſtoteles ait; φύσει ἡ δεξία κρείττων, & alibi: φύσει βέλτιον τὸ δεξιὸν τ̃ ἀριστεροῦ τοῖς γὰρ δεξιοῖς πάντα πέφυκε τὰ ζῶα ἀδρὰ μᾶλλον Cur vero dextræ partes ſiniſtris efficaciores ſint, cauſa dari

dari solet, cum calor hepatis, tum latiores arteriæ, quæ ex corde in dextram derivantur partem, itaque plus eodem vehunt spirituum. Sed redeunt in viam.

§. 25.

Qvum FIDES vita & anima humanæ societatis merito dicatur, soli ei solenne Numa instituit, sedemque ejus etiam in DXETRIS sacratam esse voluit. Atque hinc etiam ipsa PACTIONIS & PANGENDI vox cœpisse videtur. Est enim pangere seu pagere proprie conjungere, coserere à πήγω, πάγω, πήγνυμι Itaque ut FOEDUS FERIRE dicitur ab adjuncta, percussione porcæ; SCINDERE FOEDUS apud Hebræos, propter connexam pecorum dissectionem: *Ita Pangere rem, societatem, pacem &c.* ob dextræ conjunctionem, mutuamque percussionem qvomodo vernaculo dicimus Handschlag. Huc Phrasis Ebr. *Prov. VI. I. complotere manum suam alteri* fide jubere. V. D. GEYER. p. 262. Qvamobrem qvum omnibus fere gentibus hic ritus sit communis, qvasiqve à natura institutus, unde & δεξιαῖ κοινωνίας appellatæ: mirari quis potest Eustathium, qui contendat, Latinon hunc morem à Græcis demum accepisse, qui aut alias sponte Latinis se conjunxerint, aut è Trojano excidio eo delati consederint. Certe NON TEMERE apud Maronem, Latinus ante adventum Æneæ dexteram desse Turno fingitur, despondens huic Laviniam. Aut adventantis legatos ita alloqui:

Liv, I, 1 C. 21. Alex. I, 1.

Alex. ab Alex. D. I. 5. 3. Auxt. lex. H. ברח

VII. Æn. 365. v. 265.

Ipse modo Æneas (nostri si tanta cupido est:
Si jungi hospitio properat, sociusque vocari)
Adveniat: vultus neve exhorrescat amicos.
Pars mihi pacis erit dextram tetigisse Tyranni.

II. ζ.

Cæterum ut Latinus cum Ænea dextram hospitalem,

conjungere expetit; ita & Glaucus & Diomedes hospitium Paternum in acie renovantes, ab eqvis descendunt.

Alexand. l. 5 G. D. c. 3 fine dubio ex Tacit. l. 1 Hist. 54 Or. pro Dej. f. 254.

χεῖράς τ' ἀλλήλων λαβέτην, ἢ πιστώσαντο permutatis post etiam armis. Dextra apud Lingones fuit hospitii peculiariter symbolum. Pertinet huc obtestatio Tullii ad C. Cæsarem: *Per dexteram Te istam oro, quam Regi Dejotaro hospes hospiti porrexisti: istam, inqvam, dextram non tam in bellis, & in præliis, quam in promissis de fide firmiorem. Tu illius domum inire, tu vetus hospitium renovare voluisti.*

§. 26.

Præter mutuam dextræ dationem, accessere & alii ritus. Velut DONA MUTUA. Testatur Diomedes Patrem suum atque Glauci, qvum contraxerint jus hosp. ξεινήια καλὰ sibi invicem dedisse, alterum quidem ζωστῆρα φοίνικι φαεινὸν, purpureum balteum, alterum vero χρύσεον δέπας, aureum poculum. De Cædico Maro refert, quod, qvum Remulo absens hospitio jungeretur, miserit PHALERAS & AUREA BULLIS CINGULA. id est, clavis aureis insignita. Eustathius τὰ ξένια κειμήλια vocat, quæ apud veteres reposita fuerint εἰς ἀνάμνησιν πατρῴας φιλίας τοῖς ἐπιγόνοις. Quemadmodum de Ulysse, canit Homerus; qui cum Iphito, contrahens hospitium, dederat ipsi ξίφος καὶ ἔγχος, ensem & lanceam, ἀρχὴν ξεινοσύνης; acceperat vero arcum ab Iphito atque hoc ab Hercule occiso, vix dum contracto hospitio, Ulysses arcum.

Æn. ix 350.

ad Ιλ. ζ. v. 2, 8 p. 496

Οδφ.

- - - - μνῆμα ξείνοιο φίλοιο
Κέσκετ' ἐνὶ μεγάροισι. φόρει δρέ μιν ἧς ἐπὶ γαίης

V. Muret

V. Muret in 4. Nic. 2. p. 291. Hom. Od. 8. p. 252, 36. Xenoph. 4. Hist. p. 512. de Pharnabazi filio cum Agesilao jus hospitii contrahente.

§. 27.

Iphitum illum qvum ab Hercule contra jus hospitii occisum narrat Homerus, ait:

Οὐδὲ θεῶν ὄπιν ᾐδέσατ᾽ οὐδὲ τράπεζαν τὴν δή οἱ παρέθηκεν.

Neque deorum vocem veneratur, neque mensam.
Illam, quam ei apposuit.

Non immerito igitur etiam MENSA HOSPITALIS refertur inter ea, quibus fides hospitii confirmata est. Quemadmodum enim in nuptiis epulum fit, tum τῶν γαμηλίων θεῶν I. 5.
ἕνεκα ut nuptiales deos (verba sunt Athenæi; verius, ut Deum Dipn.
unicum auctorem & Tutanum conjugii) veneremur, c. I.
tum τοῦ οἱονεὶ μαρτυρίας, ut pro TESTIMONIO id sit, nobis puta placere probarique nuptias: Ita etiam eundem ob finem hospitium fuit solenni epulo contractum. Causam rei ibidem affert Athenæus hanc, quod vinum, dum animum calefaciat ac diffundat, videatur habere ἑλκυστικόν τι vim Conf.
qvandam ad conciliandam alliciandamqve amicitiam. Cui casaub.
accedit, qvod, quam amicitia sit æqualitas quædam, hanc ani-
vero in convivio etiam inter inæquales alias, cernere quo- mad-
dammodo sit. Unde & querelas amicorum in conviviis vers.
sopiri optime posse visum est veteribus. Qvæ fuit CHARI- col.
STIORUM origo apud Romanos. Sed de his non est pro- 329.
positum nunc, ut nec de iis epulis, qvæ quibusvis hospi- Val. Max. I.
tibus advenientibus datæ, de qvibus nonnulla congessit 2. 1, 9.
Alardus ad Valer Flacc. ut Stuckium aliosque, qvi de Conviviis Veterum scripsere, prætereām. Illud modo ad- pag.
dendum; SALEM hospitibus ante cibos alios appositum fuis- 124.

 se

Eust. ad Iλ. α Cœl, Rhodig, 12, 1. se, teste Eustath. & Cœl. Rhodig. tanqvam peculiare amicitiæ & hospitalitatis symbolum. Non enim tantum firmitatis atque perennitatis, sed & divinitatis qvandam significationem inesse sali, crediderunt. Nam Omen etiam ex sale captabant de adventu hospitum. *Plin. 3. 6. Panem & salem in linteo de Lycō ligetur*, qvem locum corruptum restituit Jo Rhodius: *in linteo licita deligetur Tomas. de Tess. p. 62.* Qvanquam ex alia contra superstitione creditum, in sale latere malignum qvid ὑπερφυσικὸν, ut ex Pult. de Os. & Isir. ostendit Herm. Contingius de *Herm. Med. Cap. XII.*

Plut. 5. Symp, 10. pag. 135.

§. 28.

Successu temporis, certarum THESSERARUM usum in hospitio jungendo obtinuisse apparet, quarum novem genera refert *Tomasin. Cap. 16. de Tesseris.*

- Frumentariam, L. 87. D. de leg. 2. V. GUTH. de D. O. AUG. 2. 11. LIP. 1. 8. Elect. Vinc. Contra. de Re Frument.
- Numariam, DION de DOMIT.
- Militarem, VIRG. 7. ÆN. 128. LIV. 7. Polyd. σιλα τεῖον, ξυλήφιον, MACROB. S. SCIP. 2, 2. ISIDOR. VEGET.
- Amatoriam, OLAUS. VORM. l. 27.
- Comitialem, VARR R. R. 3. 5. & 17.
- Theatralem, MART. 8. 78. DION. 66.
- Convivalem, ÆL. LAMPR. HELIOG.
- Lusoriam, DELRIUS HERC. FUR. i. e. talos.
- Negotiariam, al. symbolum, HARMEREOP. 1, 8. THEOPHR. CHAR. ISID. STIPULA. PLAUT.

& denique Hospitalem, cujus quippe usus minus dolo fallaciisqve esset obnoxius idqve imprimis propter hæredes posterosqve, qvibus Paterni hospites non semper noti qvum essent, reqvirebatur certum aliqvod signum Paterni hospi-

tii. Itaqve uterque hoſpitium teſſeram dimidiatam, vel duas pares aſſervabant, qvibus collatis, hoſpes agnoſceretur. *V. Canter. 5. N. Lect. 21. Brodæ. 10. miſc. 30. Picc. 3. Pol. p. 402.* Allegat de more hoc etiam apud Græcos uſitato Stuckius Scholiaſten Eurip. in Hippol. qui teſtatur, *eos, qui hoſpitio excepti fuerant,* ἀστράγαλον *ſeu teſſeram incidentes* (κατατέμνοντας) *dimidiam ejus partem reliquiſſe iis, à quibus erant excepti, ut ſi opus eſſet, vel ipſos: vel ipſorum poſteros & amicos eodem rurſus hoſpitio uti, dimidiata illa teſſera prolata, hoſpitii jus renovaretur.* Alioqvi nobilis locus eſt apud Plautum in Pœnulo; ubi quum Hanno Carthaginenſis cum Antidama, Calydonio natione Ætolo, teſſeram hoſpitalem habuiſſet; Antidamia moriente adoptatus filius Agoraſtocles eandem accipiſſe dicitur. Poſtea Hanno Calydona profectus, Agóraſtoclem compellat: TESSERAM Act. V, Scen. 2, 87.

Conferre ſi vis hoſpitalem eccam attuli.

Reſpond. Agoraſt.

Agedum huc oſtende, eſt par probe: nam domi habeo.

Poſt Hanno:

O mi hoſpes, ſalve multum; nam mihi tuus Pater,
Pater tuus ergo hoſpes Antidamas fuit:
Hæc mihi hoſpitalis teſſera cum illo fuit.

Tantem Agoraſt.

Ergo hic apud me hoſpitium tibi præbebitur.
Nam haud repudio hoſpitium, neq; Carthaginem.
Inde ſum oriundus.

§. 10.

§. 30.

in Plau. Cistel. p. 314. Tesseras hasce factas esse ex lingo longiusculo, & utrinque exæquato & complanato, tradit Lambinus. Tesseram hosp. rotundam, ut frumentariam, vult fuisse Schott. l. 2. Nod. Cic. C. 6. Cæteras, quadratas. Casaubonus exhinc illud Isidori Lib. V. cap. 24. interpretatur: *Veteres quando aliquid sibi promittebant,* stibulam *tenentes frangebant: quam iterum jungentes, sponsiones suas agnoscebant.* Describi scilicet tesseram ligneam, paulis olim fuerit interdum, qua usi, qui jus hospit. inter se coluere; idque ex Euripidis Schol. aliisque disci, *Conf. Sabellei. in Svet. Aug. C. 40. Domit. C. 4. Casaub. in Athen. l. 3. c. 31. col. 225.* Tomas. *C. 16. p. 67. Tessera, Ital. Taglia,* κάλαμος Gr. & καλάμη, *Palea proprie. Unde romper la paglia dicunt pueri apud Italos, quod est amicitiam scindere."* Quæ si ita habent, non temere hinc judicari posse putem de origine vocis stipulandi. Dissentit quidem Rittersh. Instit. p. 422. & nugari hic Isidorum ait. Verum saltem aliquid veri subesse videtur. Sed hoc obiter. Scholiastes, quem & Casaubonus laudat, utitur voce ἀστράγαλος; quæ plerumque osseam innuit materiam. Tales sunt binæ ex osse, annorum situ veluti putrefactæ sublutei coloris, junctæ forma rotunda, & parte interiore hospitum nominibus inscriptæ, in Museo Joannis Baptistæ Causalis Nobil. Rom.

Polynices
Ascanio F.
Claphyr,
Andræ. M. J. F. Tomas. C. 16. p. 75. testis ait.

Sed

Sed ET DE LIGNO. Talorum e liguſtro. Plin. 16,18. meminit. Hanno Plautinus teſſeram hoſp. ſuo idiomate vocat CHYR hoc eſt, כיור tabulam, ſiqvidem ſtemus emendatione S. Bocharti l. 2. *Chanaan. C. 6.* qvæ ut poſterior, ita forte & melior eſt ea, qvam S. Petitus l. 2. MISCELLAN. I. tentavit. Illa vero talis eſt:

Ythem aneti hy chyr ſaelychoc, ſith naſo. quæ ad Hebr. aut Syram formam ita expreſſit:

חוֹתם חנותי הוא כיור שאלי חוק זארת נו נאש:

othem anuthi hu chior ſeeli choc; Zoth noſe.

hoc eſt, ſigillum hoſpitii mei eſt tabula ſculpta, cujus ſculptura eſt, DEUS MEUS: ID FERO.

חוֹתָם *Sigillam maſc.* חתם *ſignavit.*

חָנוּת *Hoſpitium Rabb.* חָנה *caſtrametatus iſt, reſidit.*

הוּא *ille.* כיר *inuſ.*

כִּיוֹר *M. labrum, lævacrum, concha, ſuggeſtus, focus.*

כְּהוֹרִים *Chald. aſſeres. Targ. Hagg. 1,4. Schindl.* pag. 851. E.

אֵל *DEUS,* אלי *DEUS meus.*

שֶׁ *Pron. Rel. qui, quæ, quod.*

חָקַק *ſculpſit,* deſcripſit. *Arab* חק *chuc brachiale,* חק *chac pyxis, an à cælatura?*

זאֹת *hæc, hoc,*

נָשָׂא *ferre, Rabb.* נוֹשֵׂא *ferens.*

פרשׂ *pandit, extendit. Arab.* מְבֻרּשׁ *extenſus, ſtratus.* מִפְרָשׂ *velum.*

מין *inuſ.* תְּמוּנָה. *imago.*

Plautus ipſe Latino reddit verſu ita:

Deum hoſpitalem ac teſſeram mecum fero.

Annotat vero Bochardus, כיור *non eſſe tabellam quamvis, ſed pictam & ſculptam a Radice* כיור *ſculpere, pingere, indeque in Chald. Paraph. Chiorin vocari cedrinos aſſeres, quibus laqueati fuere parietes templi & domus Salomonis propter ſculpturam multiplicem.*

§. 31.

S. Petitus, ut videtur, totam teſſeram crebit fuiſſe imaginem alicujus DEI; ait enim ab HANNONE EAM VOCARI (verſ. laudato, ſed aliter lecto a Petito) :תְּמוּנָה קוֹר אוּרח *imaginem invitantem; item Deum hoſpitalem ideo, quia teſſera fuit Dei alicujus imago; eaque forte Saturni quoniam apud Phœnicas Saturnus peculiariter EL dictus.* Unde Scen. ſeq. emendat: מוני לְכִיון נָא מַפְרוּשָׁה *hoc eſt, hoſpitium teſſeræ meæ, cujus imago Saturnus eſt, quæſo.* At ſentit Bochartus Deaſtri imaginem potius inſculptam fuiſſe tabellæ ſeu teſſeræ eamque LARIS θεȣ̃ κατο κιδίȣ. Quid ſi vero JOVIS HOSPITALIS? Sane diſerte Hanno ibi nominat DEUM Hoſpitem eumque conjungit teſſeræ:

Deum hoſpitalem ac teſſeram mecum fero.

quæ καθ' ἓν διὰ δυοῖν ſunt intelligenda. Deum hoſpitalem ſcilicet teſſeræ inſculptum, ut monuit Petitus, ſubſcribente Bocharto: Jam vero cumprimis Jupiter hoſpitalis eſt ſalutatus, quanquam etiam alios deos Hoſpitales habuerint, Apollinem, Venerem, Minervam, & ſpeciatim Lares, Vid. TOMASIN. pag. 32. Sed ad potiora.

§. 32.

Inter hoſpitii ſymbola etiam olivam refert Cotta JG. *ad l. ult. D. de muner. & honor. §. 19. Elen.poria & oſpratura apud Alexandrinos patrimonii munus exiſtimatur*, ubi ipſe legit *Eleamphoria*, vultque ſic dici *hoſpitia, ad quæ Alexandrini euntes, olivam in ſignum pacis tulerint: quomodo Æneas Evandrum adiiſſe dicitur. Hæc itaque hoſp. id circo patrimonii loco habita ab Alexandrinis, quoniam ita inter ſuos Majores veteri quodam more fuiſſet inductum, ut quoties à Patria recederent ad amicos hoſpitaturi tendiſſent, reddituri vicem, ſi forte illi quoque amici ad ſe Alexandriam venirent.* Verum enim vero hoc ridicule dici, judicium eſt Gothofredi; qui verius legi ait cum Holoandro; *Eleemporia & hoſpitatura.* Nimir. ut ταριχέμπορος eſt ſalſamantarius, σωματέμπορος mancipiorum mercator? ita ἐλαιέμπορος notat olearium, qui eadem in lege ἐλαιώνης vocatur, mercator olearius; unde ἐλαιεμπορία munus coëmendi olei publici. Cæterum ἐλαιοφορία etiam, ex ſententia Cottæ, fuiſſet emendandum, non ἐλαιαμφορία. Denique Æneas IIX, v. 116. tulit ſane olivam non hoſpitii gratia, ſed pacis, quia Arcades inder ſacra menſæ perterriti ſubito claſſis Æneæ adventu fuerant, idcirco rogatum Æneam:

Pacemne huc ferret, an arma?

certe haut arma, belli; ſed olivam, pacis inſignia prætendere oportuit.

§. 33.

Reſtat DE DISSOLUTIONE. HOSPIT. AMICITIÆ dicere. Quam geminem licet ſtatuere, *per Renunciationem, atque Violationem;* quarum hanc ut illicitam omnes habuerunt, ita illam eſſe licitam vel ex iis conſtiterit, quæ Philoſophus IX. NIC. III. de diſſolvenda amicitia diſſerit. Etenim quatenus hæc ſocietas, hoſpitii reciprocationem, ceu FINEM & PERFECTIONEM ſuam intendit, ubi non amplius ille finis obtineri poteſt οὐδὲν ἄτοπον διαλύεσθαι. MUTUUM SIQUIDEM hoc, quod in hoſpitio eſt, alternum ſignificat; neque exiſtit, niſi par accipiatur & reddatur, contra qvam fit in pecunia mutua ut iſtud dilucide contra Salmaſium docuit. J. F. GRONOVIUS l. 3. de PEC. Vet. c. 1. p. 252. Atqve Agoraſtocles Hannoni videtur renunciare potuiſſe jus hoſpitii paterni, ſi nunqvam ſe ſperaſſet Carthagine uſurum hoſpitio. Verum cum non ſolum utilitas, ſed honeſtas qvoque hic ſpectaretur, non tam facile ſolvebant hoſpitalitatem, etſi qvandoqve hoſpes non modo non utilis, ſed etiam moleſtus eſſet; arbitrantes, *injurias hoſpitum placide ferendas eſſe,* ut de Sthenio Thermitano ait Cicero. l. 2. Accuſ. VERR. Et Ariſtoteles monet, non omnibus ſtatim, qvi pravi fiunt, renunciandas eſſe amicitias, ſed τοῖς ἀνιάτοις διὰ τὴν μοχθηρίαν, neqve correctionem admittentibus. Qvomodo Germanicum Caligulæ Patrem Sveton. C. 3. laudat, quod *Piſoni decreta ſua reſcindenti, clientelas diu vexanti, non prius ſuccenſere in animum induxerit, qvam veneficiis quoque devotionibus impugnari ſe comperiſſet: ac ne tunc qvidem ul-*

ultra progressus, qvam ut & amicitiam ei more Majorum renunciarit, mandaritqve domesticis ultionem, si qvid sibi accideret.

§. 34.

Facile hinc intelligitur, fieri sæpe potuisse, ut Renunciatio non omni vacaret culpa. Laudato Philosophus loco judicat, dissoluta amicitia, ejus tamen retinendam esse memoriam; & qvemadmodum amicis magis, quam extraneis gratificandum; ita porro & iis, qvi fuerunt ALIQVANDO AMICI, adhuc aliquid tribuendum esse Facile hinc patet, opinor, Renunciationis ejus, qvæ cum INIMICITIAM DENUNCIATIONE erat conjuncta, injustitia; qvatenus vel privatam spirabat vindictam, vel omnino etiam sine prævia graviore læsione nocitura erat bene antea merito. Itaque meritas dedit pœnas Badius, sive in fugam modo conversus, † sive occisus, * quantumvis solemniter hospitium renunciaverat, qvum hujus facti causam justam non habuerit.

Camer. P.I. Succis. Cap. XCI.

Liv.I.25 Val.Max. I,5,c.t.

§. 35.

Intelligi autem ista debent de privata denuntiatione. Secus enim quemadmodum superiorum auctoritate hospitium non injuste renunciatur; ita etiam eorundem jussu, inimicitiarum denunciatio excusatur. Prioris assertionis ratio vel ex antea dictis apparet. Atque omnino qvum humana auctoritate jus hocce solvi possit, quanto magis Divina censendum est? Quo ex capite & Jaël Sisseram interficiens ξενοκτονίας crimine absolvitur; eo de facto plura apud Stuckium. Posterius vero quod dicebatur, publicam belli denunciationem licite fieri, patet ex gradibus officiorum, quod Patriam adversus hospitem eti-

Th. XII

 am

Th. XX. am defendere oporteat. Cujus rei exemplum illustre dedit Timotheus, cujus supra facta mentio. Attamen & hoc in casu certum adhibere temperamentum, Virtus svadet; Ut quantum pote, alter ab alterius sangvine saltem abstineat. Quale & David voluisse videtur, interdicens Filii cædem, licet is sangvinis jura ac Patriam sanctitatem violasset: Certe Q. Martius etsi cum exercitu contra Perseum R. missus fuerat à Senatu, tamen hospitii Paterni, quod cum illo habebat, memoriam etiam tunc non deposuisse præ se tulit, V. Livius.

§. 36.

Pauca adhuc de renunciandi more, qui, ut facile judicari potest, contrarius fuit ei, quo contrahebatur hospitium. Tesseram itaque hosp. confringebant Lambinus in Pl. Cistell. *Cum hospitium repudiabant, tesseram frangebant.* Testato porro fiebat, verbisque expressis. Exemplum ex sæpius citato Livii loco peti potest, ubi Badius sic narratur Crispino renunciare jus hospitii: *Badium Campanum, T. Quintio Crispino Rom. palam omnibus, duobus exercitibus audientibus, renunciare hospitium, nihil sibi cum eo consociatum, nihil fœderatum hospiti cum hoste, cujus patriam ac penates publicos privatosq; oppugnatum venisset, si vir esset, congrederetur.* Fiebat item per epistolas. Quod enim Svetonius dicebat MORE MAJORUM, id Tacitus, idem referens, per COMPONERE EPISTOLAS, exprimit. Apud quem & alibi Cæsar, missis ad senatum literis, differit, *Morem fuisse majoribus, quoties dirimerent amicitias, inter dice-*

pag. 314 conf. Sabellic. in Svet. oct. C. 41. Stuck. Camer. l. c.

lib. 2. Ann. LXX, 3. l. 6. C. 29 3.

dicere domo, cumque finem gratiæ ponere: idque se repetivisse in Labeone. Verisimile vero est, idem factum in hospitio renunciando, quod quidem CICERONEM l. 3. in VERR. DOCERE, ait Brissonius; sed verba non addidit. Neque alia hanc in rem nunc occurrunt, nisi quæ l. 2. l 126. leguntur: *Itaque iste* (Verres) *vehementer Sthenio infensus, hospitium ei renunciat: domo ejus emigrat, atque adeo exit, nam jam ante migrarat.* Sed hic nulla epistolarum expressa mentio: non contemnenda tamen emigrandi atq; exeundi differentia ocurrit. l. 8. FORM. p. 742.

§. 37.

Cum firmamentum stabilitatis constantiæque ejus quam in amicitia quærimus, fides sit; hac violata necesse est, ut, sicut alia quævis, ita & hospitalis evertatur societas. Violatur autem fides, qvum dictorum CONVENTTORUMQUE non servatur constantia. Itaque modus violandi tam est varius, quam multipliciter contraria officiis facta dari queunt. Hospitum atque Amicorum nomine conjuges sororesque pollui à Romanis, Britannus queritur AP. TAC. AGRIC. 32, 2. Idem Verres patravit Lamsiaci. Veteres igitur ne facile fides hospitii violaretur, eam Divini Numinis reverentia singulariter sancivere, præficientes ipsi, suo quidem more, Jovem Hospitalem, prædem vindicemque Hospitii OPT. MAX. Unde *Sanctissimum fuisse hospitis nomen,* Cicero *Verr. l. 2. 130. b.* testatur Hesiodus? OP. & DIER. 325. l. 1. Cic. Læl. 108.

Ἶσον δ' ὅθ' ἱκέτην, ὅς τε ξεῖνον κακὸν ἔρξει.
Τῷ δή τοι Ζεὺς αὐτὸς ἀγαίεται, ἐς δὲ τελευτὴν
Ἔργων ἀντ' ἀδίκων χαλεπὴν ἐπέθηκεν ἀμοιβήν.

Homerus: Ζεὺς δ' ἐπιτιμήτωρ ἱκετάων τε ξείνων τε
ξείνιος, ὃς ξείνοισιν ἅμ' αἰδοίοισιν ὀπηδεῖ.

Cicero

Cicero pro Dejot. 147. Si (Te Cæsar interemisset) *veneno: Jovis illius quidem hospitalis numen nunquam celare potuisset, homines vero fortasse celavisset.* Virgilius.

Jupiter hospitibus nam te dare Jura loqvuntur.

ubi Pomp. Sabinus notat, *in historiis legi, omnes, qvi violaverint jura hospitalia dedisse pœnas.* Quorsum & fabula pertinet, de Cypri incolis, in boves versos, quod ad aram Jovis Hospitis hospitem nefarie occidissent. Jovi huic Hosp. seu Xenio templum Samariæ dedicatum notum est ex Hasmonæorum historia. l. 2. c. VI, 2.

§. 38.

Ælian. l. Ut Divinam nunquam, ita sæpe nec civilem effugerunt
4. V. h. 1 pœnam hospitii violatores. Lucanorum Lex laudatur: *Si sub occasum solis venerit peregrinus, volueritque sub tectum alicujus divertere, & is hominem non susceperit, mulctetur, & pœnas luat inhospitalitatis.* Quod Ælianus accipit tum de pœnis Jovi Hosp. datis, tum hospiti venienti. Quod si hospitii denegatio adeo fuit pœnæ subjecta, quid de violatione censendum erit? *Vid. Vopisci; Aurel.* Hospitem occidere parrici-
f 93. dium, *Apul. l. 7. Metamorph. 188.* Certe Stuckius refert, & *domus ipsas, ubi violata hospitia, pro scelestis habitas, quas non licuerit habitare.* Neque ignota est ingrati illius militis pœna, qui hospitem fortunis suis ejicere tentavit, de quo Seneca l. 4. de Benef. C. 37. Facit forte huc & Caroli regis Svecorum constitutio, qua qui trina hospitii denegatione convictus fuit, ejus ædes combustæ fuerunt

fuerunt. In regno Poloniæ si quis Hospitium invaserit, crimen est, & ejus cognitio ad Comitia pertinet, SPRENG. PERSPICILL. p. 101. Quod reliqvum est, signum violati hospitii fuisse tesseræ fractionem, colligunt ex illo Plauti *Cistel. 2. 1. 27. Abi &c. Hic apud nos jam confregisti tesseram*, h. e. *jus hospitii violasti, & amicitiam, consvetudinemque pristinam, quæ tibi nobiscum erat, dissolvisti.* Lamb. *reditum tibi in domum nostram præclusisti. Erasm. Chil.*

§. 39.

Atque hæc de Hospitio privato apud veteres. Cujus quædam adhuc hodie vestigia exstare Stuckius l. 95. 6. testatur his verbis: *Et Nobiles multis in locis & Ecclesiast. ordinis homines, & mercatores & artifices quoque qvum in peregrinam civitatem venerint, non in publica diversoria divertunt, sed apud se invicem diversantur, atq; ita mutuum hospitii jus atq; officia inter se studiose exercent. confer Garb. Hesiodor.* pag. 289. id quod sicuti in Ecclesia primitiva fuit frequentissimum: ita conduceret hodieque Ecclesiæ ac Reipublicæ, si consvetudo hæc instauretur, eoque ipso Tabernis Cauponis & hospitiis Meritoriis propria flagitia ac scandala sufflaminarentur. Sed hoc sperari, genius seculi vetat.

DISSERTATIONIS SCHILTERIANÆ
De
JURE HOSPITII.
PARS ALTERA.

§. 1.

QUemadmodum Hoſpitium contraxerint apud veteres privati, utcunque explicatum arbitror Diſſertatione ſuperiore. Sequitur, ut reliqua hujus juris proſequar genera, quæ pertinent ad Civitates aut Principes tum inter ſeſe, tum inter ipſos privatosque. Quæ tum Hoſpitium Puplicum & Mixtum appellavi: de iisque conjunctim dicere aggrediar, quoniam communem trahere originem ex publica utilitate videntur, non confuſurus tamen, ſi qua ipſis divortunt.

§. 2.

Origo utilitas publica.

Igitur ut Societas Politica omnis τῦ συμφέροντος χάριν δοκεῖ, καὶ ἐξ ἀρχῆς συνελθεῖν καὶ διαμένειν. IIX. NIC. IX. FIN. Ita etiam publica hoſpitalis amicitia à communi utilitate orta & conſervata eſt. Non vero talem intelligimus, quæ ſpecie utilitatis publicæ repugnat honeſtati, cum quod turpe ſit, id nunquam eſſe utile poſſit; CIC. III. OFF. 61. 72. Et hominum ſit perverſitas utilitatem ab honeſtate ſejungere. Atque hoc jam tum ſuperiori Diſſertatione §. XI. explicatum eſt. Nunc alia perſequar.

§. 3.

Jus hoſpitii Publ. triplex.

Trifariam cum gente aliqua conjungi ſolitos Romanos, Pomponius l. 37. AD Q. MUCIUM docet. Aut enim amicitiam habuiſſe, aut Hoſpitium, aut Fœdus amicitiæ cauſa factum.

ctum. Amici Sociorum quoque nomine venerunt, & plerumque ista conjuncta leguntur vocabula, ut Soc. atque Amicum appellari; Briss. II. Form. p. 233. Liv. 43, 6. Societatem atque Amicitiam petere, renovare, facere. Lampsacenos, ut in amicitiam P. R. reciperentur; orantes, in sociorum formulam referre, Q. Mænius prætor jussus. Ariovistum, Regem atque Amicum a Senatu appellatum, ait Cæsar. l. de B G. Dio l. 38. εἰς τοὺς τε συμμάχους ἐγέγραπτο. Hanc formulam & Paulus secutus: *Si in civitatem Sociam amicamve, aut ad Regem Socium, vel Amicum venerit, statim post liminio rediisse videtur.* Socii & Amici iidem.

§. 4.

Plane si privatus fuit in Amicorum potius, quam Sociorum formulam receptus videri possit. Colligas id ex SC. Latine & Græce æri inscripto; quo Asclepiadem Clazomenium, Polystratum Carystiam, Meniscum Milesium εἰς τὸν φίλων διάταγμα, in amicorum formulam referendos curarunt Consules. Eisque πίνακα χαλκοῦν φιλίας, in capitolio ponere, & sacrificare, concessum; nulla vero Sociorum facta mentione. Livius 44, 16. At Onesimus tamen, nobilis Macedo, a Perseo profugus in Sociorum formulam relatus est. Sed & Polybium σύμμαχον fuisse τῶν Ρωμαίων testatur Pausanias Arcad. Itaque non tantum alii Populi aut Reges, sed & privati fuerunt tam Socii, quam Amici P. R. salutati. Differentia tantum in eo est, quod Amici alias etiam decuntur, quibuscum pax tantum est, non qui etiam partes in bello sequuntur. Vide Grotium jur. bell. III, 9, 3. Socii vero Auxiliares sunt. Festus in Auxiliares. An Amici differant a Sociis, si privati. Briss. II. From. 23.

§. 5.

Amicitiam à Fœdere amicitiæ causa facto distingvit Amicitia & Fœdus

 porro

amic. differunt porro Pomponius. Enim vero Proculus l. 7. EOD, uno FOEDERATORUM nomine & Amicos & hospites comprehendere videtur. Ut & Grotius observat J. B. III. 9, 18. Praeterea Foederis Amicitiaeque voces forte & promiscue usurpatos reperire licet. Sed enim quin & vera & accurata sit Pomponi distinctio, dubitandum haud est. Itaque videtur Amicitia & Foedus amicitiae differre, quomodo contractus, & pactum adjectum sive lex contractui cohaerens.

1. diff. quoad conditiones expressas. Foedus enim conditiones & leges amicitiae sancit. Unde formula in Foederum initiis: AMICITIA HIS LEGIBUS ET CONDITIONIBUS ESTO. Amicitia sine foedere, generatim constituitur. Xenophon DE AGESIL. R. Achaeis Argitimos amicos, sibi confoederatos efficit. Samnites foedere in societatem accepti. Liv. 7. 19 Foederis amicitiae causa exemplum est etiam inter Judaicum & R. P apud JOSEPH. l. XII A. J. 17. Amicitiae & societatis nudae inter Tiberium, Ptolomaeum apud TACIT. IV, 62, 4. Unde & hoc obiter observare licet, morem hunc amicitiae contrahendae tum temporis quoque intermissum, ex vetusto repetitum, esse. Sed & solennia quodvis horum sua sibi habuit. Amicis dona mittebantur, VID. BRISS. II. FORM. Foederati jurejurando irae divinae obstringebantur, caesa hostia; Festus: *Foedus appellatum ab eo, quod in paciscendo foedere hostia, necaretur.* Ita vulgo legitur. *Si* quis FOEDARETUR, legat, cum neque ab V. C. vestigiis secedere, neq; a mente Festi, nec a vocis proprietate, qvum FOEDARE priscis notet cruentare sive caedere, putarem. Facit huc, quod APUD LIVIUM Nabis ait: *Nunc vos intueor, Romanos esse video, qui rerum divinarum foedera, humanarum fidem socialem*

Margin notes: BRIS. IV FORM. 359. — Plura ap. Briss. IV Form. p. 359 — 2. diff. diuturnitate sive vetustate 3. Solennit. — ALEX. ab ALEX. S. 3. — l. 34. 31. — liv. 24, 6.

san-

sanctiissimam habeatis. Denique facit huc & istud quod cum Annibale Hieronymus Syrac. R. societatem facere potuit, Fœdus ex societate ut fieret, Carthaginem Legatos misit.

§. 6.

Medium locum Hospitium obtinet, ab utroque diversum. Etsi enim publicum hospitium dari solebat etiam iis, qui alio conjunctionis genere utebantur, veluti sociorum Legatis, aut ipsis Sociorum Principibus; unde in sociis quoque jus hospitale servari dicitur Livio; tamen hoc non tam jure hospitalis amicitiæ, quam societatis aut Legationis fiebat; sed diversitas imprimis in fine cernitur. Quæ etsi utrobique est utilitas publica, tamen non eadem. Atque societatis contrahendæ causa, tum securitas propria & auxilii impetratio est, ut luculenter docent Campani adeuntes Samnites amicitiam Rom. rogantes apud Livium. Et hinc formula: *Jubere, quæ opus essent ad bellum, Imperare.* Liv. 23, 5. tum imperii stabilitio atque ampliatio, & sociorum tandem cum subditis commutatio. Hinc συμμαχίας omnibus temporibus Regna & Imperia evertisse sapientes observarunt. Eo spectant, quæ Strabo memorot: συνέβη δὲ ἡνίκα πρῶτον Ῥωμαῖοι τὰ κατὰ τὴν Ἀσίαν διώκουν, νικήσαντες Ἀντίοχον, φιλίας καὶ συμμαχίας ἐποιοῦντο πρός τε τὰ ἔθνη, καὶ τοὺς βασιλέας. *Cum primum Romani res Asiaticas persequerentur, Antiocho superato, amicitias atque societates cum Regibus atque populis jungebant.*

Hospitium differt ab utroque

Briss. 4, 20.

lib. 7, 30.

Grot. J. B. 2, 15, 6. & 3, 9, 2.

l. XII.

§. 7.

At hospitii alia fuit ratio. Unde etsi Assyrius Rex cum

Bactri

Bactrianorum Rege Jus hospitii haberet, societatis tamen incundæ Legatum miserat, ut est apud Xenophontem lib. *V. pr. Cyropæd conf. lib. VI. de Exped. Cyri.* Optime Grotius explicat J B. 2. 15, 5. & 3: 19, 18. Nimirum etsi hoc juris naturalis esset, hospites recipere, usuque urbis prohibere peregrinos, sane inhumanum, CIC 3 OFF. tamen a naturæ ductu ita aberratum olim erat; ut peregrinus & hostis æquo jure censeremur, & in truumque pariter grassari liceret. Hinc peculiari ad jus Hospitii contrahendum pacto usus fuit. Patet etiam ex Historia sacra, exemplo Sodomitarum Gæbaitarum. Præter hanc necessitatem porro & aliæ fuerunt quandoque causæ contrahendi inter civitates hospitii. Cum Caeritibus publice hospitium factum, quod Sacra P. R. ac Sacerdotes recipissent, Liv. 5. 50. Eoque post ortum bellum, inducias in C annos impetrarunt Cærites, l. 7. 20.

conf. B. Bosii Nipot. 13. 2, 12. &

§. 8.

Sed & commerciorum causa contrahebatur non Publicum tantum, sed mixtum etiam. Et svadet hoc civibus suis Xenophon. *Esset*, inquit, *tum utile, tum honestum, illos ad hospitii necessitatem invitari, qui navibus ac mercimontis egregiis civitatibus prodesse viderentur. Hoc enim honore affecti, non tam quæstus, quam honoris causa redire ad amicos properarent. Enim vero quo plures in urbem admitterentur, Athenasque venirent, eo plus mercium importaretur, exportaretur, emitteretur, venderetur, mercedis ac tributi acciperetur. Nec ad hac proventuum incre-*

Hospitii mixti finis commercia. De Provent. ib, p. 922.

menta

menta sumtus ulli requirerentur, præter decreta humanitatis plena & ipsam diligentiam. Atque ut pluribus persequar hujus speciei rationem, quæ frequentior priori fuisse videtur: præter commerciorum finem, habuit & alios, Cumprimis quando vel Principes viri inter se, vel Princeps & Civitas hospitium habuerunt, quod genus pacti personalis habuit rationem. Gratitudinis fuit significatio, & ad bene merendi ulterior invitatio, cum Senatus Syracusanus decrevit, ut L. Tullio Ciceroni, Marci fratri patrueli, hospitium publice fieret, qvod is eandem voluntatem erga Syracusanos suscepisset, quam Marcus semper habuisset. Accusaturus autem Lucius erat Verrem, & ad inqvirendum in eum venerat; cum Timasitheo, Liparensium Principe, quod Legatos Romanos, Delphos misos à Liparensibusque captos, liberasset, adductosqve in publicum hospitium, cum præsidio etiam navium Delphos prosecutus, Romam inter hospites restituisset, hospitium SCto est factum: donaque publice data. Eadem origo fertur Hospitii inter Æneam & Græcos, qvod ille & Antenor hospitio prius exceperant Legatos Græcorum, repetentes Helenam à Paride raptam, qvi erant Menelaus & Ulysses. Speciatim vero qvum non tantum municipia, sed aliæ quoqve civitates Principum Romanorum clientelas ambire solitæ sint, hujus juris apud se oblatione illud sibi qvæsivere. Quod ex multis inscriptionibus patet. Ita Ferentini T. Pomponio Basso Tabulam Hospitalem decrevere, ut in clientelam Amplissimæ domus suæ Municipium suum. recipere dignaretur; Cliens quodammodo pars familiæ. *vid. Gothofred. ad l. 3. ff. de us. & hab.* sic & hospites inter familiares intimos; APUL. 7. METAM. 188. ferme ut Civis,

Gratitudo. Grot. J. B. 2. 16, 16. Liv. 5, 28

Civis, Patria &c. In clientelam suscipi prohibentur Rustica-ni vel viri eorum, qvia contra utilitatem publicam, l. 1, C. *ut nemo ad suum Patron. lib. 11.*

§. 8.

II. Offic. Arist. IV Nic. 2. Tullius tres enumerat usus hospitalitatis. Primum esse valde decorum; patere domus hominum illustrium illustribus hospitibus. Deinde id etiam Reipublicæ esse ornamento, homines externos hoc liberalitatis genere in urbe nostra non egere. Et denique vehementer utile iis, qui honeste multa posse volunt, per hospites apud externos populos valere opibus & gratia. Disputat contra hæc Lactantius L. VI. Div. Instit. C. XII. Ac primo qvidem negat, justi & sapientis viri domum illustribus debere patere, neqve enim hoc esse beneficium, sed humilibus & abjectis. Deinde illustres illos ac potentes nulla re posse indigere; quippe qvos opulentia sua & muniat & honoret. Denique Tullium suo sibi gladio petiturus, ait, in recipiendis illustribus nihil spectari aliud, nisi utilitatem; jam ut quiquis maxime ad suum commodum referat, quæcunque agit, ita minime esse vix bonum, ipso Cicerone judice; Ad hæc malitiam esse & ambitionem, per omnes portas circumcursare, ut advenientes populorum & urbium principes domum tuam invites, cum non id agas, ut hospitalis sis, sed ut per eos apud cives eorum potentiam consequare. Jam ambire aliquid, simulare & prætendere, aliud agere videri, cum aliud agas, non esse simplicis & aperti, sed malitiosi potius, & astuti, teste eodem Tullio. Quem locum hodie reperiri negat Thysius. Sed puto Lactantium respicere locum l. III. Off. ibi: Hoc autem celandi genus, quale sit & cujus hominis, quis non videt? Certe non aperti, non sim-

simplicis est, non ingenui, non justi, non viri boni; versuti potius, obscuri, astuti, fallacis, malitiosi, callidi &c.

§. 10.

Hæc contra Tullium, Tullianæ Svedæ æmulus, quem nimius Philosophos persequendi fervor à via paullulum deflexisse videtur. Sed prima videamus. Non debet justi & sapientis viri domus illustribus patere, quia nihil à viro justo faciendum est, nisi quod sit beneficium. Ergo ne mercedem solvere viri justi non est, quia non beneficium? Itaque hæc ratio non magis contra Jus Hospitii, quam contra omnem Justitiæ rationem valet. Sed debet etiam a mercede remuneratio distingvi. Neque enim quod non mere gratis fit, sed aliquam remunerationem secum trahit, id continuo mercenarium esse, judicandum est. Mandatum, ait Paulus l. 1 §. FI. MAND. nisi gratuitum, nullum est: nam originem ex officio & amicitia trahit. Contrarium igitur est officio merces. Nihilo tamen minus remunerandi gratia honorem invenire potest 1 C. PRO EO. Quid? quod pretium depositionis a mercede distingvere non dubitat Ulpianus? l. 2. § 24 DE VI BON. RAPT. Qui ipse alibi testatur l. 1. PR. SI MENS. FALS. MOD. veteres non credidisse, inter mensorem agrorum, locationem & conductionem esse; sed magis operam beneficii loco præberi; & id, quod datur, ei ad remunerandum dari: & inde honorarium appellari. Itaque neque remuneratio beneficium perdit, neque permutatio facti mercenaria est. INST. DE LOC. COND. §. 2.

§. 11.

At enim *illustres illi ac potentes nulla re possunt indigere.* Certe quod quis non habet, & habere cupit, eo egeri dicendus est. Hospitii vero jus & petitur, & non prius

R ad-

adquiritur, quam alterius consensu. Sed repugnat hæc ratio liberalitati ac Magnificentiæ, ut quæ sæpe erogare præcipiunt, etiam his, qui inopia ejus, quod datur, non utiq; premuntur. Verum quod in hoc Hospitii genere solam utilitatem recipientis spectare Tullium dicit, id & ante refutatum est, & cavit Cicero hanc cavillationem, quando diserte de iis, qui HONESTE multa posse volunt, loquitur. Quare cum eum Lactantius ita loquentem facit: *Ait enim, qui id* (ita enim rectius videtur legi, quam vulgo *qvid*:) *faciat, potentem apud exteros futurum, per gratiam principum, qvos sibi hospitii & amicitiæ jure constrinxerit*: non citra omnem injuriam sententiam Tullii proponit. HONESTE AUTEM MULTA POSSE, significat in salutem patriæ potentia valere.

§. 12.

III. Off. 19. Atque TALEM per Hospitii vinculum QUÆRERE, neque ambitiosi, neque vafri est. Nam id quidem, quod Tullius *omnem simulationem ac dissimulationem removendam* esse ait; crude dictum esse Grotius notat. Sed alibi

J. B. 3. 1, 7. ab ipso Cicerone explicatius proponitur. Itaque eam intelligit, qua injura alteri procuratur. Sed nec Hospitii jus nulla simulatione. Et aliud est, hospitali officio ad salutem Patriæ honeste contracto uti, aliud astute ad propriam potentiam augendam ambire hospitalem amicitiam. Per Patronos Hospitesqve disceptandi cum Eumene locum in Senatu quærebat Legatus Rhodiorum, Liv. 42, 41. Cimon Atheniensis, quod hospitio Lacedæmoniorum utebatur, ab exilio revocatus in Patriam, Lacedæmonem sua sponte profectus, pacem inter hanc & Athenas, duas

po-

potentissimas civitates, conciliavit; C. NEP. c. 3. Quid vero heic astutiæ, quid ambitionis? Nec minus in Patriam pius Miltiades Cimonis filius. Hunc ostracismo multatum & in Chersoneso habitantem, qvum πρόξενος hospes esset Lacedæmoniorum, ab exilio revocatus fuit, ut ab illos missus, inducias denunciaret. Timastheus, hospes Mosynœcorum, inter hos & Græcos Societatem belli conciliavit. Sed admodum egregie hanc de re disserit Antocides? Patricius Atheniensis, ORAT. I. de MYSTERIIS: Σκέψασθε τοίνυν καὶ τάδε, ἂν με σώσητε, οἷον ἕξετε πολίτην· εἰδότα μὲν, οἷόν ἐστι πόλεως τοιαύτης πολίτην εἶναι. εἰδότα δὲ οἷόν ἐστι ξενίας καὶ φιλότητος πρὸς πολλοὺς καὶ βασιλέας καὶ πόλεις, καὶ ἄλλους ἰδίᾳ ξένον εἶναι καὶ μέτοικον ἐν τῇ τῶν πλησίον. ἐπιστάμενον δὲ οἷον σωφρονεῖν, καὶ ὀρθῶς βουλεύεσθαι, ἐπιστάμενον δ' οἷον τὸ ἁμαρτόντα πρᾶξαι κακῶς, πολλοῖς συγγενόμενον. καὶ πλείστων πειραθεὶς, ἀφ' ὧν ἐμοὶ ξενίας καὶ φιλότητος πρὸς πολλοὺς καὶ βασιλέας καὶ πόλεις, καὶ ἄλλους ἰδίᾳ ξένους γεγένηνται σου ὧν ἐμὲ σώσαντες, μεθέξετε, καὶ ἔστιν ἡμῖν χρῆσθαι τούτοις, ὅπου ἂν ἐν καιρῷ ᾖ ὑμῖν γένηται. Hoc est: & hæc perpendite, si me servabitis, qualem civem habituri sitis; qui, quanti faciendum sit civem hujus urbis esse, non ignorat, & qui scit, quandum referat, hospitem regionis vicinorum habitatorem esse, doctumque, quid sit sapere, recteque consilium capere, & scientem, solum scelestum infeliciter vivere, quamquam plurimis familiariter usus sim, multaq; expertus. Ideo mihi multæ hospitalitates multæ amicitiæ contigerunt cum multis & regibus & urbibus, alios & privatim hospites mihi acquisivi; quorum omnium, me salvo, participes eritis: vestri arbitrii est, eis uti, quando opportunum erit.

Antocides, Orat 2. p. 266

Xenoph 5. Exp. Cyr. p. 351.

p. 245

§. 13.

Tametsi non diffitendum, multos, quæ humani ingenii

nii eſt pravitas, jure hoſpitii nefarie in perniciem Patriæ fuiſſe abuſos. Lyſander Lacedæmonius, victis Athenienſibus, in unaquaque civitate ſummum Imperium, poteſtatemque omnium rerum committebat, non niſi his, qui aut ejus hoſpitio continerentur, aut ſe illius fore proprios fide confirmarant; quare nihil aliud molitus eſt, quam ut omnes civitates in ſua teneret poteſtate, cum id ſe Lacedæmoniorum cauſa facere ſimularet, C. NEPOS c. 1. Nec aliter Tarquinius Superbus, Livio teſte, l. 1, 49. Latinorum ſibi maxime gentem conciliabat, ut peregrinis quoque opibus tutior eſſet inter cives. Nam & hoſpitia cum primoribus eorum, & affinitates quoque junxit. CLAPM. DE ARCAN. 2: 9, 15. & 19. Sed quod hi ſanctiſſimo hoſpitii jure ad artem & flagitium dominationis parandæ abuſi ſunt, internæ hoſpitii juſtitiæ nihil officit; & eſt iniqua, in omni re accuſanda, prætermiſſis bonis, malorum enumeratio, vitiorumque ſelectio, Cic. III. LL. Quare Lactantius eundem ſe hac in parte Tullii adverſarium præbuiſſe, cenſendus eſt, qualem tum, cum erraſſe eum demonſtrare voluit, quod IDONEIS eſſe largiendum dixiſſet. Neque tamen errat vir Chriſtianiſſimus, ſed docet utique, quæ ad veritatem, Prudentiam ac perfectionem Chriſtianam & Spiritualem faciunt; Tullius autem & nos in hac tractatione de Prudentia Civili, ejusque felicitate huic vitæ ſoli propria agimus,

§. 14.

Ac de origine quidem honeſtique ratione, quæ in hoc Hoſpitii negere cernitur, ſatis, arbitror, dictum. Reliquæ ſunt tres partes, quarum una de officiis, altera de ritibus,

ac

ac more contrahendi, postrema denique de dissolutione proxenias agit. Sed quod ad officia, ea maximam partem possunt intelligi ex supra dictis. Multa enim communia inter sese habent Hospitii genera; Disp. I. th. 13, 18. quae repetere nil juvat. Quando vero quaeritur: An hospitem in acie occidere justum sit? eam quaestionem non fieri de Jure hospitii publici, quod antea inter civitates contractum fuit, quae nunc eo soluto, inter sese bellum gerunt; sed de mixto tamen, facile judicari potest. Hinc praeclare factum á Phliasiis Xenophon laudat, l. VII. Hist. Graec quod cum Pellenensem quendam hospitem civitatis suae publicum cepissent: tametsi rerum omnium inopia premerentur. nihilominus eum hinc pretio dimisérint. Omnino vero legenda, quae J. Gruterus de hoc σκέμματι ad Tacitum disserit; itemque Notis ad Livium, ad cujus lib. XLV. cap. XIIX. inter alia haec notat: Hospitalitas nullo bello plene planeque interrumpitur, nisi quid incurrat, quod neglectum exiret in damnum dedecusve publicum.

Officia hospitii mixti.

in bello.

§. 15.

Magis propria Hospitio publico est τῆς προξενίας institutio. Quae talis fuit: Civitas, cui cum altera Jus Hospitii erat, quempiam ex civibus eligebat, ut munus ejus esset hospitum recipiendorum. Vid Polluc. 3. 5. fin. Xenoph. l. 5. Hist. Gr & l. 6. pr. conf Herodot. de Spart. Reg. Coel. Rhodig. XI, 1. Hic dicebatur πρόξενος, munus ipsum, προξενία. Suidas: προξενία. ἡ τῶν ξένων ὑποδοχή καὶ αὐτῷ προξενίαν ἔδοσαν οἱ Λακεδαιμόνιοι, h. e. munus recipiendorum hospitum. Eustathius tradit vocabulum προξένου cum posteris demum Homeri coepisse: ipsos autem προξένους ab Herodoto χειροτονητοὺς ἢ ὑπὸ δήμου, καὶ ὑπὸ βασιλέων ἐν σπάρτῃ fuisse tradi. Ex Aelio Dionys. eos definit: τοὺς ὅλης πόλεως ξένους παρ᾽

Publici, προξενία.

γ. vers. 207. f. 307.

οἷς

Ad Il. Δ. v. 364. p. 369. οἷς καὶ πρέσβεις κατάγονται καὶ αὐτὰ πρεσβείας προσαίκουσι πρὸς τὸ δημόσιον Alibi ait: πρόξενος μὲν, ὁ ὑπὸ πόλεως ἠξιωμένος ἐν τῇ σφετέρα προΐςασθαι ξένων. οἷος ὁ Ἀντήνωρ ἐν τοῖς Τρωσί καὶ ὁποῖοι οἱ Βασιλικοὶ διοικηταί. Ex quo corrigendus videtur locus Hesych. πρόξενος, φίλος ὁ ἐν τῇ ἑαυτοῦ (c. οἰκίᾳ) ξενίας (vulg ξενία) προιςάμενος. Nonnullibi Proxenus Hospites non in suis, sed publicis ædibus & Syssitiis duxit. Ælius Dionysius ap. Eustath. πρεσβείας προσαίκουσι πρὸς τὸ δημόσιον. Hesychius: Ξενίας δίκη, ἐπὶ τῶν ὡς πολιτῶν μετεχόντων τῶν δημοσίων. Præter dictam rationem constituendi πρόξενον. aliam refert Scholiastes Thucydidis l. 3. p. 107. quando quis ἀφ' ἑαυτοῦ γενόμενος retro suscepit munus istud, non demandatum a civitate. Talem Thucydides vocat ἐθελοπρόξενον. Sed ἐθελόξενος apud Pollucem mendose legi, notat H. Stephanus. Hesychio: ἑκὼν πρόξενος.

§. 16.

ἰδιόξενος l. c. pag. 307. 370. Τῷ προξένῳ opponitur ἰδιόξενος. Eustathius: ἰδιόξενοι οἱ ἰδίᾳ καθ' ἑαυτοὺς ξένοι ὄντες. & alibi: ἰδιόξενος δὲ, ὁ ἰδίᾳ ἢ πατρόθεν ξένος. Unde iterum emendandus videtur Hesychius: Ἰδιόξενοι, οἱ κατ' ἰδίαν ξένοι τινῶν, ἢ πάλαι, ἢ ἀπὸ πατέρων ὄντες ξένοι. Omissa distinctione & particula ἢ legendum forte ἢ πάλαι ἀπὸ πατέρων &c. Præter προξένους & ἰδιοξένους, ὀρόξενοι & δορύξενοι etiam apud veteres celebrantur. Illi erant, qui ἐκ προγόνων μὲν ἀςῶν, αὐτοὶ δέ ξένοι καὶ

Αςόξενος. l. c. ἀνανεώσεως δεόμενοι, ὁποῖος Ἀγαμέμνων ἐν Λυδίᾳ. Eustathius ex Ælio Dionysio. Idem ex Pausania: ἀςόξενοι, οἱ γένει προσήκοντες τῇ πόλει τὸ ἀνέκαθεν, οὐκ ὄντες δὲ πολῖται, ὡς ἐν Κορίνθῳ γλαῦκος ὁ Ἱππολόχου τοῦ Βελλεροφόντου. Alii apud eundem Eustathium ita: ἀςόξενοι οἱ γένει μὲν ἐξ ἀρχῆς προσήκοντες, ἐπὶ δὲ ἀλλοδαπῆς γεγονότες. Idem Eustathius alibi: Ἀςόξενος, ὁ ἐκ προγόνων ἀςὸς ἐπιχώριος, ὡς Ατρεύς Φρυξί, καὶ Τεῦκρος Τρωσὶν ἀπὸ προγόνων Φρὺξ μὲν ὁ Πελοποννήσιος Ἀτρεὺς δέ. Τρωικὸς δὲ Τεῦκρος ὁ Σαλαμίνιος.

§. 17.

§. 17.

Idem: Δορύξενοι, οἱ ἐκ πολέμου ξένοι γεγονότες τισί? secundum Ælium Dionysium. At Pausanias: Δορύξενος, ὁ ἐκ πολεμίων φίλος, καὶ ὁ πρεσβεύων περὶ λύτρων εἰ ζωγρηθεῖέν τινες. Σοφοκλῆς δὲ ἐν τῷ, ὁ γὰρ ἦγεν οὗτος μέγιστος αὐτοῖς τυγχάνει δορυξένων ἢ παρακρᾶται τῇ λέξει ποιητικώτερον ἢ σημείως δορυξένους λέγει τοὺς τοῖς Φορεῦσι τοῦ Ἀγαμέμνονος φιλιωθέντος ἵνα πολεμικῶς ἐχθραίνωσι τοῖς ἐκείνου παισίν. ὡς εἶναι οὕτω δορύξενον εἰπεῖν, καὶ τὸν χάριν δουρὸς ἤτοι πολέμου συμμαχικῶς ξενωθέντα ὑπό τινων. Idem Δορύξενος, ὁ πολέμου χάριν ἢ ἐκ πολέμου φιλωθεὶς, ὡς Γλαῦκος καὶ Διομήδης. Δορύξενος
Hesychius addendus: Δορυξένους, οὓς ἐμπεδοῦντες τὰς ὁμολογίας φίλους ἐποιοῦντο, καὶ προσηγόρευον δορυξένους διὰ τὴν οἰκειότητα τῆς γενομένης πράξεως, δηλοῖ καὶ τὸν ἀγωνιζόμενον φόνον καὶ πρόξενον. Ait: διὰ τὴν οἰκ. τ. γ. πρ. vocatos esse δορυξένους h. e. propter peculiarem ritum, quem adhibuerunt, qui ἐμπεδοῦντες τὰς ὁμολογίας φίλους ἐποιοῦντο. Morem illum tum ex Diomedis & Glauci permutatione licet colligere, tum ex iis, quæ Xenophon l. 4. Exped. Cyr. pag. 340 de ritu datæ acceptæque fidei inter Macrones & Græcos scribit. Quærunt illi [Macrones] inquit, num de eo (non lædendo) fide datæ sibi caveri velint. Velle se, ajunt Græci, & dare fidem, & accipere. Posthæc Macrones hastam barbaricam Græcis tradunt, & ipsis Græci vicissim græcam: quod hoc pacto fidem dari apud se dicerent. Simul utrique DEOS testes implorabant.

§. 18.

Sed ne ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾶν videar, redeo, unde dilapsus. Πρόξενος igitur a Scholiaste in aliquot Thucydidis locis exponitur simpliciter φίλος: Quo pertinet & Hesychii: ἰδιόξενος, ἴδιος φίλος. Alioquin ista differre, monet H. Stephani, ξένον esse plus, quam φίλον; & quicunque est ξένος, eundem esse etiam φίλον, at non contra. Unde cum Demosthenes φίλους καὶ ξένους dicit, particulam καί valere idem, quod atque adeo. Perinde ac si diceret non solum φίλους, sed ξένους etiam. Sic vicissim de eo, cui

ne-

negat ullam prorſus amicitiam aut neceſſitatem interceſſiſſe cum alio, dicit, qvomodo ille erat ξένος ἢ φίλος ἢ γνώριμος; qs. d. quomodo ξένος, aut ſaltem φίλος aut etiam (quod his minus eſt) γνώριμος. Idem videtur de φιλία ſentiendum. Deniqve πρόξενοι dicuntur, teſte H. Stephano, & urbes inter ſe, quæ ſibi viciſſim illud hoſpitalitatis officium præſtant. Unde & προξενία non tantum munus publicum recipiendorum hoſpitum ſignificat, ſed etiam publica hoſpitii neceſſitudo exponitur. Alias in hoſpitio publico duplex deprehenditur amicitia, una quæ propria eſt ejus & principalis, altera acceſſoria, quæ fit cum ipſo prox. Id qvod forte anſam Budæo dedit dicendi, προξενίαν etiam privatam hoſpitii neceſſitatem vocari, qvod adhuc probato teſtimonio indigere H. Stephani monet.

§. 19.

Ritus. Tertio, quod propoſitum fuit, capiti, lucem jamtum præferunt ea, quæ ſuperius dicta ſunt dextræ porrectione doniſque datis. Boeclerus *de Auſpicio Regio, Cap. III. pr.* Maxima quæque rerum, certorum honore elogiorum ornantur, oſtentantur inſignibus, imaginibus figurantur, ut his tanquam ſymbolis vel profundior earum natura, vel dignitas ſanctitasq; qvodammodo declaretur, ac hominum venerationi commendetur. Bos donum hoſpitale. Lacædemoniis. Et pertinet huc, qvod Lyſias *Orat. XVIII.* me-

memorat DEUM Pyrilampum, triremium in Cyprum navigantium præfectum, σύμβολον, sive hospitalem tesseram, à Rege Magno phialam auream accepisse. Cui addendus *Xenophon l. VII.* Hist. exponens, quomodo pharnabazi filius cum Agesilao jus hospitii contraxerit. Itemque Livius *l. V. 28.* de donis Tamasitheo publice datis. Quanqvam omnino distinguenda veniunt Munera hospitalia à symbolis, qvod ea magis ad commendandam protestandamqve amicitiam, hæc ad contrahendam maxime spectent. De illis potissimum Aristoteles IV. Nocom. C. 2. nonnulla. Hos tesseras vocant. Quibus veteres delectati, ea & in hospitiis & in amicitiis fœderibusqve adhibuerunt. Cujus rei caussas Lud. Gvicciardinus *l. 2. Comment.* ostendit, qvum pacis inter Gallos & Anglos constitutionem commemorans, ait; Quæ ut staret concordia, specimen veri amoris & congratulationis extitit, quod Equestri dignitate se mutuo honorabant isti Reges. Quippe Henricus fibulam illam Eqvestrem sive bullatam, ab Anglo donum Periscelidem accepit, pro quo vicissim Eduardo torquem D. Michaelis imagine signatum rependit.

Conf. l. VII. Hist. Græc.

Muret. pag. 291.

II. Piec. 1 p. pol. 9. 402.

§. 20.

Decreta. Decreta facta esse Hospitiis dandis, testis luculentus est Cicero *lib. IV. Accusat. Decernunt*
Grat. VI Verr. f. 333. b. *statim* (Syracusani) *primum ut L. Fratri hospitium publice fieret, quod is eandem voluntatem erga Syracusanos suscepisset, quam ego semper habuissem.* Id decretum non modo tum scripserunt verunt, verum etiam in Ære incisum nobis tradiderunt. *Tabula Hospitalis* vocata est, eamq; in domo ejus, cui tradebatur, posuerunt, ut videre licet ex Decreto Municipali, qvod Brissonius exhibet *l. II. Form. p. 266.* Atque hinc lucem fœnerantur Xenophontis verba superius §. IIX. laudata de Decretis humanitatis plenis. Tomasinus c. IX p. 38. Hi magnis honoribus excipiebantur. Nam ut eorum erat fortuna & nobilitas, armis, fistulis, buccinis, atque tympanis procul admodum ab urbe partim peditatu, partim equis, & curribus honorifice iis obviam ibant incolæ, ubi summa comitate & verbis eos salutare, & in urbem ea pompa introducere, eosque ab proprios lares, congregatis amicis, deducere consveverunt. Cui officio Legati erant, seligebantur etiam a Senatu viri graviores, qui iis omnia hospitalitatis officia prolixe deferrent, conviviisque magnificis ac mu-

Xenoph. l. VI. Hist. Gr. p. 598. 646.

muneribus &c. Receptis triduitur licentia πίνακα χαλκοῦν ponendi in Capitolio, *LIVIUS* exponit, donum. *l. 43. 6.*

§. 21.

Reliqvum eſt, ut pauca de modo diſſolvendi hoc genus hoſpitii. Atqve prius de Renunciatione. Tamdiu ſervatur Jus hoſpitii, qvamdiu nihil ab hoſpite timetur, nec is hoſpitio ſe indignum præbet. *Arnis. Pol. c. XIII.* Hinc Amaſis, Rex Ægypti renunciavit hoſpitium Polycrati Samio per Caduccatorem, qvod cum nimium fortunatus eſſet, exitum infeliciſſimum minaretur. *Herodot. lib. IV. Thalia. Beroald. ad Sved. Calig. C. III.* Cauſſa igitur fuit ſalus ſuæ ditionis, ne una cum Polycrate bello, aliisqve turbis implicaretur, eundemqve exitum experiretur. Renunciabatur etiam amicitiæ, anteqvam bellum inferebatur; Id qvod tamen non a J. G. eſſe, ſed a more & inſtituto tantum qvorundam populorum H. Grotius docet J. P. 3. 3 8.

Modus diſſolvendi.

Vio-

§. 22.

Violari amicitiam rebus maxime duabus ait T. Quintius apud Livium, 34. 32. si Socios meos pro hostibus habes; si cum hostibus Te conjungas. Id quod ut de simplici amicitiæ genere verissimum, sic multo magis inter Hospites sociosque id Juris obtinet. Cum enim Hospiti Hospes, socius socio, defensionem quoqve & auxilium debeat, violantur utiqve ista jura, qvoties non tantum non defensio præstatur, sed offendendi occasio arripitur,

Tantum.



